De Humoribus. Auguſtino Gadaldino interprete. pag. 118 ✠. Seorſim Græco-Latine, interprete Berna[illegible]

Bernardo Bertrando Rhegino. Argentorati, apud Samuelem Emmelium, 1558, in 8. Huic ab eodem interprete inſertæ ſunt in ipſo margine, utiles annotationes: atque ad finem libri adjecta eſt tabella, quæ totius libri ſumma capita complectitur.

De Plantis. Et eſt de Medicinis occultis, quas noluit propalare, nec conſignare in libris ſuis aliis: quæ ſunt experimentatæ, & probatæ. Per D. Grumerum, Iudicem de Placentia, & per Magiſtrum Abraham, Med. de Arabico in Latinum Marſiliæ tranſlatus. pag. 120.

De Clyſteribus, & Colica. Ab Humain, id eſt, Ioannitio è Græca in Arabicam, & inde à Kalonymo in Hebræam linguam tranſlatus. pag. 123. Seorſim Lugduni, apud Franc. Raphelengium, 1591, in 8.

Operum quorundam, quæ aliquo mutilata ad nos pervenere,

FRAGMENTIS:

Ad varias Medicinæ partes attinentibus, quæ proximæ tantum ante hanc editiones evulgaverant.

Hippocratis Coi liber de Alimento. pag. 3.

Galeni in Hippocratis librum de Alimento, Commentarii quatuor. Ioanne Baptiſta Raſario Novarienſi interprete. pag. 4, 5, 6 ỽ. 17 ỽ.

Fragmentum Comm. in II lib. Epidem. Hippocratis. Hieronymo Mercuriali interprete. pag. 21 ỽ. Integer commentarius nunquam antea vel Græce vel Latine editus, nunc Latine redditus à Ioanne Zozomeno. Venetiis, 1617, in 8.

Brevis denotatio dogmatum Hippocr. ex Sermone XCIX Ioannis Stobæi. pag. 22 ỽ.

Fragmentum ex quatuor commentariis quos ipſe inſcripſit, De iis quæ medice dicta ſunt in Platonis Timæo. Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. pag. 23.

De Motu Thoracis & Pulmonis fragmentum. pag. 27 ỽ.

Vocalium inſtrumentorum diſſectio, Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. pag. 28.

De Subſtantia facultatum naturalium fragmentum. Bartholomæo Sylvanio Salonenſi interprete. pag. 30.

Sermo adverſus Empiricos Medicos. Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete. pag. 31 ỽ.

Fragmenta ex Aphoriſmis Rabi Moyſis collecta. pag. 33.

Fragmenta ex Raſis lib. Continent. collecta. pag. 38 ỽ.

Ex Athenæo primo Deipnoſoph. pag. 41.

Ex libro Nemeſii de Anima cap. II & XX. pag. 42.

Ex Themiſtio in Paraphraſi quarti de Naturali auſcult. &c. p. 42 ỽ.

Ex Simplicio in quartum de Naturali auſcult. Ariſtot. Comment. XIV, &c. pag. 43.

Ex Averroë libro Priorum Ariſtotelis primo, cap. VIII. pag. 44.

INDEX ALPHABETICUS
Librorum omnium Galeni, qui in hiſce Voluminibus continentur.

Iuxta ejuſdem nonæ Iuntarum editionis diſpoſitionem.

A.

Adverſus Lycum, Quod nihil in eo Aphoriſmo Hippocrates peccet, cujus initium, Qui creſcunt, plurimum habent caloris innati. tom. 7, ext. Ord. fol. 62.

de Alimentorum facultatibus libri tres. tom. 3, claſſ. II, fol. 7.

de Alimento, Hippocratis liber. tom. 7, int. Fragm. fol. 3.

de Anatomicis adminiſtrationibus libri IX. tom. 2, claſſ. I, fol. 63.

de Anatomia Oculorum liber. tom. 7, int. Spur. fol. 58.

de Anatomia Parva liber. tom. 7, int. Spur. fol. 44.

de Anatomia Vivorum liber. tom. 7, int. Spur. fol. 45.

an Animal ſit id, quod in utero eſt, liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 327.

de Antidotis libri duo. tom. 5, claſſ. V, fol. 100.

de Aquis Variorum varia. tom. 7, int. Spur. fol. 77.

Ars medicinalis. tom. I, int. Iſag. fol. 62.

Ars tuendæ ſanitatis, ad Thraſybulum. tom. 3, claſſ. II, fol. 102.

de Arte curativa ad Glauconem, libri duo. tom. 6, claſſ. VII, fol. 94.

de Atra bile libellus. tom. 2, claſſ. I, fol. 34.

de Attenuante victus ratione liber. tom. 3, claſſ. II, fol. 44.

B.

de Bona habitudine liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 39.

de Bonitate Aquæ libellus. tom. 7, int. Spur. fol. 75.

C.

de Catharticis liber. tom. 7, int Spur. fol. 99.

de Cauſis Morborum liber. tom. 3 claſſ. III, fol. 6.

de Cauſis Procatarcticis liber. tom 3, claſſ. III, fol. 95.

de Cauſis Pulſuum libri IV. tom. 4 claſſ. IV, fol. 87.

de Cauſis Reſpirationis liber. tom 2, claſſ. I, fol. 227.

de Clyſteribus, & Colica liber. tom 7, int. Spur. fol. 123.

de Colico dolore libellus. tom. 7 int. Spur. fol. 125.

de Comate ex Hippocratis ſenten tia libellus. tom. 3, claſſ. III fol. 49.

de Compagine membrorum, ſive d Natura humana. tom. 7, in Spur. fol. 59.

Compendium Pulſuum. tom. int. Spur. fol. 66.

de Compoſitione Medicamentoru localium, libri X. tom. 5, cla V, fol. 121.

de Compoſitione Medicamentoru per genera, libri VII. tom. claſſ. V, fol. 210.

de Conſtitutione artis medicæ libe tom. I, int. Iſag. fol. 36.

de Conſuetudinibus liber. tom. claſſ. II, fol. 60.

Contra ea, quæ à Iuliano in Hi pocratis Aphoriſmos dic ſunt. tom. 7, ext. Ord. fol. 6

Contra eos, qui de Typis ſcrip runt, liber. tom. 3, claſſ. II fol. 92.

de Criſibus libri tres. tom. 4, cla IV, fol. 126.

de C

de Cujuſque animi peccatorum cognitione, & medela libellus. tom. 3, claſſ. II, fol. 56.
de Cura Icteri liber. tom. 7, int. Spur. fol. 116.
de Cura Lapidis liber. tom. 7, int. Spur. fol. 117.
de Curandi ratione per Sanguinis miſſionem, liber. tom. 5, claſſ. VI, fol. 16.
de Cucurbitulis, Sacrificatione, Hirudinibus, Derivatione, & Revulſione. tom. 5, claſſ. VI, f. 3.

D.

Denotatio brevis Dogmatum Hippocratis ex ſermone XCIX Iohannis Stobæi. tom. 7, int. Spur. fol. 23.
de Diæta Hippocratis in morbis acutis, lib. tom. 6, claſſ. VII, fol. 149.
de Diebus Decretoriis libri tres. tom. 4, claſſ. IV, fol. 145.
de Differentiis Febrium libri duo. tom. 3, claſſ. III, fol. 31.
de Differentiis Morborum liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 2.
de Difficultate Reſpirationis libri tres. tom. 3, claſſ. III, fol. 57.
de Dignoſcendis, curandisque animi morbis libellus. tom. 3, claſſ. II, fol. 50.
de Dignoſcendis Pulſibus liber. tom. 4, claſſ. IV, fol. 70.
de Dignotione ex Inſomniis libellus. tom. 4, claſſ. IV, fol. 213.
de Diſſectione Vulvæ liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 108.
de Diſſolutione continua liber. tom. 7, int. Spur. fol. 72.
de Dynamidiis liber unus, & alter. tom. 7, int. Spur. fol. 19.

E.

de Elementis ex Hippocratis ſententia libri duo. tom. 2, claſſ. I, fol. 2.

F.

de Facultatibus naturalibus libri tres. tom. 2, claſſ. I, fol. 289.
de Faſciis liber. tom. 6, claſſ. VII, fol. 293.
Finitiones medicæ. tom. I, int. Iſag. fol. 43.
de Fœtuum formatione liber. tom. 2, Claſſ. I, fol. 322.
Fragmenta Galeni ex Aphoriſmis Raby Moyſis collecta. tom. 7, int. Fragm. fol. 33.
ex Athenæo: I & III Deipnoſophiſtῶν. Ibid. f. 41.
ex Averrhoe, lib. Priorum Ariſt. primo, cap. 8. Ibid. fol. 44.
ex Nemeſii de Anima c. II, & XX. Ibid. fol. 42.
ex Rhaſis lib. Continent. collecta. Ibid. fol. 40.
ex Simplicio in IV de Naturali auſcultatione commentario XIV. Ibid. f. 43.
ex Themiſtio in paraphraſi quarti de Naturali auſcultatione. Ibid. fol. 42.

G.

de Gynæceis, id eſt, Paſſionibus Mulierum liber. tom. 7, int. Spur. fol. 101.

H.

Hieronymi Mercurialis Iudicium de libro Theriaces ad Piſonem. tom. 5, claſſ. V, f. 89.
de Hippocratis & Platonis decretis libri IX. tom. 2, claſſ. I, f. 231.
in Hippocratis de Aëre, Aquis, & Locis librum commentarii tres. tom. 3, claſſ. II, fol. I.
in Hippocratis de Alimento librum commentarii quatuor. tom. 7, int. Fragm. fol. 4.
in Hippocratis Aphoriſmorum libros VII commentarii totidem. tom. 7, ext. Ord. fol. 2.
in Hippocratis de Articulis librum commentarii quatuor. tom. 6, claſſ. VII, fol. 251.
in Hippocratis de Fracturis librum com-

commentarii tres. tom. 6, claſſ. VII, fol. 223.

in Hippocratis de Humoribus librum commentarii tres. tom. 3, claſſ. III, fol. 226.

in Hippocratis de Natura humana librum commentarius primus. tom. 2, claſſ. I, fol. 26.

in Hippocratis de Natura humana librum commentarius alter. tom. 6, claſſ. VII, fol. 181.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum I commentarii tres. tom. 3, claſſ. III, fol. 101.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum II commentarii fragmentum. tom. 7, int. Fragm. fol. 22.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum II commentarius ſecundus. tom. 3, claſſ. III, fol. 198.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum III commentarii tres. tom. 3, claſſ. III, f. 127.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum VI commentarii ſex priores. tom. 3, claſſ. III, fol. 152.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum VI commentarii ſexti pars deſiderata. tom. 3, claſſ. III, fol. 213.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum VI commentarius ſeptimus. tom. 3, claſſ. III, fol. 215.

in Hippocratis de Morbis Vulgaribus librum VI commentarius octavus. tom. 3, claſſ. III, fol. 220.

in Hippocratis de Officina Medici, ſeu Iis, quæ in Medicatrina fiunt, lib. commentarii tres. tom. 6, claſſ. VII, fol. 193.

in Hippocratis Prorrheticõn librum I commentarii tres. tom. 4, claſſ. IV, fol. 161.

in Hippocratis Prognoſtica comment. tres. to. 4, claſſ. IV, f. 189.

in Hippocratis de Salubri diæta librum commentarius unus. tom. 3, claſſ. II, fol. 40.

in Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis librum commentarii quatuor. tom. 6, claſſ. VII, fol. 108.

de Hirudinibus, Revulſione, Cucurbitula, & Scarificatione lib. tom. 5, claſſ. VI, fol. 2.

de Hiſtoria Philoſophica liber. tom. 7, int. Spur. fol. 2.

de Humoribus liber. tom. 7, int. Spur. fol. 119.

I.

de Iis, quæ medice dicta ſunt in Platonis Timæo, liber. tom. 7, int. Fragm. fol. 23.

de Inæquali intemperie liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 43.

de Incantatione, Adjuratione, & Suſpenſione liber. tom. 7, int. Spur. fol. 41.

Introductio, ſeu Medicus. tom. 1, int. Iſag. fol. 51.

de Inſtrumento Odoratus liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 110.

L.

de Laqueis ex Heracle libellus. tom. 6, claſſ. VII, fol. 307.

de Locis affectis libri ſex. tom. 4, claſſ. IV, fol. 2.

M.

de Machinamentis Oribaſius e Heliodoro. tom. 6, claſſ. VII fol. 309.

de Marcore liber. tom. 3, claſſ. III fol. 45.

Medicinalis experimentatio, ſe de Medicinis expertis liber tom. 7, int. Spur. fol. 109.

de Medicinis facile parabilibus a Solonem liber. tom. 6, cla VII, fol. 161.

de Melancholia ex Galeno, Ruffo aliisq; tom. 7, int. Spur. fol. 11

M

Methodus Medendi, ſeu de Morbis curandis lib. XIV. tom. 6, claſſ. VII, fol. 2.
e Morborum Temporibus liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 85.
e Motibus manifeſtis, & obſcuris liber. tom. 7, int. Spur. fol. 67.
e Motu Muſculorum libri duo. tom. 2, claſſ. I, fol. 309.
e Motu Thoracis, & Pulmonis libellus. tom. 7, int. Fragm. f. 28.
e Muſculorum diſſectione ad Tyrones liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 44.

N.

e Natura, & ordine cujuſlibet corporis liber. tom. 7, int. Spur. fol. 42.
e Nervorum diſſectione ad Tyrones lib. tom. 2, claſſ. I, fol. 53.

O.

Obſoletarum Hippocratis vocum explanatio. tom. 7, ext. Ord. fol. 71.
e Oculis, liber. tom. 6, claſſ. VII, fol. 186.
n Omnes particulæ animalis, quod fœtatur, ſimul fiant, liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 326.
e Optima corporis noſtri conſtitutione, lib. tom. 2, claſſ. I, fol. 38.
e Optima Secta ad Thraſybulum, lib. tom. 1, int. Iſag. fol. 19.
e Optimo docendi genere, liber. tom. 1, int. Iſag. fol. 30.
Oratio Suaſoria ad artes. tom. 1, int. Iſag. fol. 2.
e Ordine librorum ſuorum, liber. tom. 1, int. Iſag. fol. 15.
e Oſſibus ad Tyrones, liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 40.

P.

e Partibus artis medicæ, liber. tom. 7, int. Spur. fol. 16.
e Parvæ pilæ exercitio, liber. tom. 3, claſſ. II, fol. 49.
e Plantis, liber. tom. 7, int. Spur. fol. 120.
de Plenitudine, liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 76.
de Præcognitione ad Poſthumum, lib. tom. 4, claſſ. IV, fol. 214.
de Præſagitione ex Pulſibus, lib. quatuor. tom. 4, claſſ. IV, fol. 104.
Præſagium experientia confirmatum. tom. 7, int. Spur. fol. 81.
Prognoſtica de decubitu ex Mathematica ſcientia. tom. 7, int. Spur. fol. 12.
de Propriis libris, liber. tom. 1, int. Iſag. fol. 11.
de Ptiſana, liber. tom. 3, claſſ. II, fol. 47.
de Puero Epileptico documentum. tom. 6, claſſ. VII, fol. 179.
de Pulſibus ad Tyrones, libellus. tom. 4, claſſ. IV, fol. 43.
de Pulſuum Differentiis, libri quatuor. tom. 4, claſſ. IV, fol. 47.
de Pulſuum Vſu, liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 227.
de Purgantium medicamentorum facultate, lib. tom. 5, claſſ. V, fol. 86.

Q.

an Qualitates incorporeæ ſint, liber. tom. 1, int. Iſag. fol. 9.
Quæſita in Hippocratem. tom. 7, int. Spur. fol. 118.
Quod animi vires corporis temperaturas ſequantur, lib. tom. 2, claſſ. I, fol. 317.
Quos purgare conveniat, quibus medicamentis, & quo tempore, liber. tom. 5, claſſ. V, fol. 88.

R.

de Remediis paratu facilibus libellus. tom. 3, claſſ. VII, fol. 154.
de Renum affectuum dignotione, & medicatione liber. tom. 6, claſſ. VII, fol. 196.

S.

de Sanitate tuenda libri ſex. tom. 3, claſſ. II, fol. 62.
an Sanguis in arteriis natura contineatur,

neatur, liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 60.

Secretorum ad Monteum liber. tom. 7, int. Spur. fol. 102.

de Sectis ad eos qui introducuntur, liber. tom. I, int. Iſag. fol. 16.

de Semine libri duo, tom. 2, claſſ. I, fol. 329.

de Septimeſtri partu liber. tom. 2, claſſ. I, fol. 341.

Sermo adverſus Empiricos medicos. tom. I, int. Iſag. fol. 35.

Sermonis adverſus Empiricos medicos fragmentum quoddam. tom. 7, int. Fragm. f. 32.

de Simplicibus medicamentis ad Paternianum liber. tom. 7, int. Spur. fol. 84.

de Simplicium medicamentorum facultatibus libri XI. tom. 5, claſſ. V, fol. 2.

Si quis optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum, liber. tom. I, int. Iſag. fol. 6.

de Sophiſmatis in verbo contingentibus, liber. tom. I, int. Iſag. f. 7.

de Spermate libellus. tom. 7, int. Spur. fol. 36.

de Subfiguratione empirica liber. tom. I, int. Iſag. fol. 31.

de Subſtantia facultatum naturalium fragmentum. tom. 7, int. Fragm. fol. 30.

de Subſtitutis medicinis libellus. tom. 5, claſſ. V, fol. 84.

de Succorum bonitate, & vitio liber. tom. 3, claſſ. II, fol. 34.

de Symptomatum Cauſis libri tres. tom. 3, claſſ. III, fol. 14.

de Symptomatum Differentiis liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 10.

Synopſis librorum Sexdecim de Pulſibus. tom. 4, claſſ. IV, fol. CXXIII∞.

Synopſis omnium Gal. operum, argumenta continens ſingulorum capitum cujuſque libri. tom. I, in Proleg. lit. D.

T.

de Temperamentis libri tres. tom. 2, claſſ. I, fol. 10.

de Theriaca ad Piſonem liber. tom. 5, claſſ. V, fol. 90.

de Theriacæ uſu ad Pamphilianum liber. tom. 5, claſſ. V, fol. 98.

de Totius morbi temporibus liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 88.

de Tremore, Palpitatione, Convulſione, & Rigore liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 51.

de Tumoribus præter naturam liber. tom. 3, claſſ. III, fol. 83.

de Typis liber. tom. 3, claſſ. III, f. 90.

V.

de Venæ ſectione adverſus Eraſiſtratum liber. tom. 5, claſſ. VI, fol. 7

de Venæ ſectione adverſus Eraſiſtratæos, qui Romæ degebant, liber. tom. 5, claſſ. VI, fol. 9.

de Venarum arteriarumque diſſectione ad Tyrones liber. tom 2, claſſ. I, fol. 56.

de Vinis libellus. to. 7, int. Spur. f. 80

de Virtute Centaureæ liber. tom. 7 int. Spur. fol. 98.

de Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus liber. tom. 7, int Spur. fol. 61.

Vita Galeni. tom. I, in Proleg lit. B. 2.

de Vocalium inſtrumentorum diſſectione liber. tom. 7, int. Spu fol. 62.

de Voce, & Anhelitu liber. tom. 7 int. Fragm. fol. 28.

de Vrinis liber. tom. 4, claſſ. 4, f. 12

de Vrinæ ſignificatione ex Hippocrate liber. tom. 7, int. Spu fol. 83.

de Vſu Partium corporis humani libri XVII. tom. 3, claſſ. I, f. I

de Vtilitate Reſpirationis liber genuinus. tom. 2, claſſ. I, fol. 22

de Vtilitate Reſpirationis liber ſpurius. tom. 7, int. Spur. fol. 6

CLA

CLAVDIVS GJARDINVS

De Partu dierum ducentorum ſeptuaginta unius, liber. Anconæ, apud Aſtulphum de Grandis, 1573, in 4.

CLAVDIVS PORRALIVS, *Lugdunenſis*

Iul. Cæſ. Arantii, Commentarium, in Hipp. lib. de Vulneribus Capitis, ex lectionibus collectum, cum Annotatiunculis marginalibus edidit. Lugduni, 1639, in 12. Ibidem apud Iacobum Stör, 1579, in 8.

CLAVDIVS ROCARDVS, *Trecenſis*

De Plantis Abſinthii tractatus. Venetiis, apud Robertum Mejetum, 1589, in 4. Montisbelligarti, 1593, in 8.

CLAVDIVS SALMASIVS

Plinianæ exercitationes in Caji Iulii Solini Polyhiſtora. Item Caji Iulii Solini Polyhiſtor ex veteribus libris emendatus. Pariſiis, apud Cl. Morellum, 1629, in fol. 2 voll.

Significationes vocis ῥυθμοῦ. Suidæ hallucinatio. Hippocratis locus explanatus. Epiſtola. Extat cum Ioan. Beverovicii libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Interpretatio Hippocratei Aphoriſmi LXXIX. Sectione IV. de Calculo. additæ ſunt Epiſtolæ duæ Ioh. Beverovicii M. D. Quibus reſpondetur. Lugd. Batav. apud Ioh. Maire, 1640, in 8.

De Annis Climactericis & Antiqua Aſtrologia Diatribæ. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1648, in 8.

CLAVDIVS SCHARPIVS

Parentis Georgii, Inſtitutiones Medicas, edidit.

CLEMENTIVS CLEMENTINVS, *Ametinus Medicus Chriſtianus, nulli, quos Roma & tota Italia habuit, ſecundus. Vixit circa A. C.* 1468. *Iuſtus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau de V.S. in Pleurit. Vixit A.C.*1505.

Lucubrationes, in quibus nihil eſt, quod non ſit ex uſu artis, quodque non ſit tam probata fide traditum, quam ſapienti judicio ſcriptum, ſive theoricen, ſive praxin, quam vocant, ſpectemus. Præterea adjecimus, Richardum de Signis Febrium. Antonium de Gradis Febres tractantem. Chriſtophorum Barziſium de Febrium cognitione & cura. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol.

CLEMENS TIMPLERVS

Opticæ Syſtema Methodicum & Phyſiognomia Humana. Hanov. 1617, in 8.

CLEON

Collyrium extat apud Aëtium Amidenum, tetrab.2, Serm.3, c.107.

CLEOPATRA

De morbis mulierum varia extant in Harmonia Gynæciorum ex diverſis collecta, edita ab Iſraële Spachio cum Gynæciorum libris. in fol.

De Ponderibus & Menſuris Expoſitio. Extat Græce Ms. in Doctiſſ. Viri Ioa. Elichmanni Medic. præſtantiſſ. Bibliotheca.

COMES MONTANVS, *Vicentinus*

De Morbis ex Galeni ſententia, libri quinque. Venetiis, apud Dominicum Nicolaum, 1580, 1591, in 4. apud Ioa. Guerilium, 1591, in 4.

Defenſio Librorum ſuorum, adverſus Thomam Eraſtum. Venetiis, apud Franciſcum Zillettum, 1584, in 4.

CONRADUS ANTEN

Γυναικόλυσις, ſeu de Lamiis. Lubecæ, 1593, in 8.

CONRADUS FROMAN

Tractatus Medico-Chirurgicus de Gangræna & Sphacelo. Argentorati, apud Autorem, 1654.

CONRADUS GESNERUS, *Tigurinus, Hippocratis & Galeni Interpres induſtrius, Lauſanenſis Academiæ Profeſſor. Vixit circa A. C. 1543. Iuſtus in Chronol. Medic. Secundum Kenat. Moreau de Pleurit. Vixit A. C. 1564. Vir quo nemo Rempublicam literariam juvandi fuit ſtudioſior. Conringius in Introduct. ad Medicinam.*

Hiſtoriæ Animalium liber I, de Quadrupedibus Viviparis. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1551, in fol.

Hiſtoriæ Animalium liber II, qui eſt de Quadrupedibus Oviparis. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1586, in fol.

Hiſtoriæ Animalium liber III, qui eſt de Avium natura. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1555, in fol. Francof. apud Roberrum Cambierum, 1585, in fol.

Hiſtoriæ Animalium liber IV, qui eſt de Piſcium & Aquatilium animantium natura. Tiguri, apud eundem, 1558, in fol.

Hiſtoriæ Animalium liber V, qui eſt de Serpentum natura. Ex variis ſchedis & collectaneis ejuſdem compoſitus, per Iacobum Carronum. Adjecta eſt ad calcem, Scorpionis inſecti hiſtoria à D. Caſparo Wolphio Tigurino ex ejuſdem Paralipomenis conſcripta. Tiguri, apud Chriſtoph. Froſchoverum, 1587, in fol. Sunt autem hi libri omnes cum Iconibus ad vivum excuſi primum: poſtea recuſi Francof. apud Henricum Laurentii, 1604, in fol. 5 voll.

P. Ovidii Naſonis Halieuticôn: hoc eſt, de Piſcibus Libellus, multo quam antehac emendatior & ſcholiis illuſtratus. Emendantur & Plinii aliquot loca. Accedit Aquatilium animantium enumeratio juxta Plinium, emendata & explicata per C. G. ordine alphabetico. Earundem nomina Germanica, eodem ordine. Tiguri, apud Geſneros FF. 1556, in 8.

Hiſtoria Plantarum & vires ex Dioſcoride, Paulo Ægineta, Theophraſto, Plinio, & recentioribus Græcis, juxta elementorum ordinem. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1541, in 8. Venetiis, apud Melchiorem Seſſam, 1541, in 16.

De raris & admirandis herbis, quæ ſive quod noctu luceant, ſive alias ob cauſas, Lunariæ nominantur, Commentariolus: & obiter de aliis etiam rebus quæ in tenebris lucent. Inſeruntur & Icones quædam herbarum novæ. Ejuſdem deſcriptio Montis fracti, ſive Montis Pilat juxta Lucernam in Helvetia. His accedunt Ioa. du Choul G. F. Lugdunenſis Pilati Montis in Gallia Deſcriptio. Ioannis Rhellicani Stockhornias, qua Stockhornus mons altiſſimus in Bernenſium Helvetiorum agro verſibus Heroicis deſcribitur. Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1555, in 4.

Catalogus Plantarum, Latine, Græce, Germanice, & Gallice deſcriptus. Additæ ſunt Herbarum Nomenclaturæ variarum gentium Dioſcoridi adſcriptæ, ſecundum literarum ordinem expoſitæ. Tiguri, apud Froſchoverum, 1542, in 4.

D

De ſtirpium aliquot vetuſtis nominibus, cujuſmodi ſunt, Mamyras, Moly, Oloconitis, Doronicum, Bulbocaſtanum, Granum Alzalin, & Habbaziz, &c. cum duabus Epiſtolis, una Guilandi, Geſneri altera, & Iconibus aliquot. Baſileæ, apud Epiſcopium, 1557, in 8.

Tabulæ collectionum ſtirpium: quibus per ſingulos anni menſes, quæ ſtirpes in ſingulis per Germaniam flores fructuſque utplurimum proferant, recenſentur. Argentinæ, apud Wendel. Rihelium, 1553, in 8. cum Lexico Rei herbariæ trilingui Davidis Kyberi. Tiguri, apud Froſchoverum, 1587, in 8. Additis per Gaſparem Wolphium Geſneri Tabulis de ſtirpibus, earumque partibus, ex Theophraſto potiſſimum confectis.

De rerum foſſilium, lapidum & gemmarum maxime, figuris & ſimilitudinibus liber. Tiguri, apud Iacobum Geſnerum, 1565, in 8. Huic Conr. Geſneri opera præmiſſi ſunt de omni rerum foſſilium genere, gemmis, lapidibus, metallis, & hujuſmodi, libri aliquot, plerique nunc primum editi.

Excerptorum, & Obſervationum de Thermis tum Helveticis tum Germaniæ aliis, libri duo. Extat pag. 289. Operis Veneti de Balneis.

Libellus de Lacte, & operibus Lactariis, Philologus pariter ac Medicus. Cum Epiſtola ad Iacobum Avienum de Montium admiratione. Tiguri, apud Froſchoverum, 1541, in 8.

Apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum. De compoſitione Medicamentorum ſecundum Genera ex Paulo Ægineta. De Compoſitione Medicamentorum ſecundum Genera univerſalis methodus ex Galeno. Lugduni, apud Frellonios FF. 1543, in 8. Venetiis, apud Ioa. Ant. & Petr. de Nicolinis de Sabio, 1543, in 16.

Enchiridion Rei Medicæ triplicis. Illius primum quæ ſigna ex pulſibus & urinis dijudicat. Deinde Therapeuticæ de omni morborum genere curando ſingillatim. Tertio Diæteticæ vel de ratione victus, præſertim in febribus. Continentur autem, de Pulſibus libellus ex Galeni libris collectus ac veluti in formulam redactus, autore incerto. De Iudiciis Vrinarum tractatus Ioannis Vaſſæi Meldenſis. Morborum internorum prope omnium curatio brevi methodo comprehenſa per Iac. Sylvium. De Ratione victus in febribus ſecundum Hippocratem, in genere & ſingillatim libri III, autore Brudo Luſitano Medico. Tiguri, apud Geſneros FF. 1555, in 8.

Euonymus. De Remediis ſecretis, liber Phyſicus, Medicus, & partim etiam Chymicus, & Oeconomicus in vinorum diverſi ſaporis apparatu, Medicis & Pharmacopolis omnibus præcipue neceſſarius. Tiguri, apud Iacobum Geſnerum, 1556, in 8. Francof. 1578, in 8. Lugduni, apud Bernardum Vincentium, 1620, in 12.

Euonymus. De Remediis ſecretis, liber ſecundus: nunc primum opera & ſtudio Caſpari Wolphii Tigurini in lucem editus. Tiguri, apud Froſchoverum, 1569, in 8. Francof. 1578, in 8.

Caſſii Iatroſophiſtæ Medicinales & Naturales quæſtiones Græco-Latinas fecit. Extat, cum Anton. Snebergeri, de Medicamentis ſimplicibus, contra peſtem. Tiguri, apud Iac. Geſnerum, 1562, in 8.

De Chirurgia Scriptores optimi quique veteres & recentiores, in unum conjuncti Volumen. Tiguri, apud Andr. & Iac. Geſnerum Fratres. 1555, in fol.

De

De Hortis Germaniæ. Extat cum Valerii Cordi annotationibus in Dioſcoridem. Tiguri, 1561, in fol.

Compendium ex Actuarii Zachariæ libris De differentiis urinarum, judiciis & prævidentiis. Vniverſalis doctrina Cl. Galeni Pergameni de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos affectos à capite ad calcem, particularibus medicamentis remotis. Sylvula Galeni Experimentorum, & aliorum aliquot. Tiguri, apud Froſchoverum, 1541, in 8.

Enumeratio Medicamentorum purgantium, vomitoriorum, & alvum bonam facientium, ordine alphabetico deſcripta. Baſileæ, apud Frobenium, 1546, in 8. cum Antonii Muſæ libello de Catapotiis.

Sanitatis tuendæ præcepta, literatis præcipue, & qui minus exercentur, neceſſaria. Item, Contra luxum conviviorum. Et contra Notas aſtrologicas Ephemeridum de ſecandis venis. Tiguri, apud Iacob. Geſnerum, 1556, & 1562, in 8.

Succedaneorum medicaminum Tabula, quorum uſus habetur reciprocus Græce & Latine. Eadem è Galeni, Dioſcoridis, Aëtii, & Pauli Æginetæ libris paſſim excerpta, & in unum diligenter conſcripta, nuncque primum in lucem edita. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1540, in 8. cum Actuario de Medicamentorum compoſitione.

Menſuræ apud veteres Græcos & Latinos ſcriptores uſitatæ Liquidorum & Aridorum, ita diſpoſitæ, ut quæ ſunt majoris ponderis ſemper præcedant. Sic enim veteribus facilius noſtræ atque aliarum gentium menſuræ conferentur. Tiguri, apud Froſchoverum, 1584, in 8. cum Dominici Maſſarii de Ponderibus, & Menſuris medicinalibus libris tribus.

Epiſtolarum Medicinalium libri III. Hic acceſſerunt ejuſdem Aconiti primi Dioſcoridis Aſſeveratio, & de Oxymelitis Elleborati utriuſque deſcriptione & uſu Libellus. Omnia nunc primum per Caſparum Wolphium Tigurinum in lucem data. Tiguri, apud Chriſt. Froſchoverum, 1577, in 4.

Epiſtolæ à Caſparo Bauhino nunc primum editæ. Extant cum Ioannis Bauhini de plantis, à Divis Sanctiſve nomen habentibus, Capite. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1591, in 8.

Aphoriſmi Hippocratis illuſtrati. Edidit Achilles Pirmander. Sangalli, 1584, in 8.

CONRADVS de HAW

Menſa Philoſophica. Lovanii, apud Ioannem de Weſtphalia, 1625, in 4.

CONRADVS HENRICVS MATHISIVS, *Brugenſis*

Verſio lib. VI Actuarii Iohannis de Methodo medendi. Venetiis, 1554, in 4.

CONRADVS HERESBACHIVS

Rei Ruſticæ libri quatuor: univerſam ruſticam diſciplinam complectentes, una cum appendice oraculorum ruſticorum coronidis vice adjecta. Item de Venatione, aucupio atque piſcatione compendium, in uſum Heroum patrumque familias ruri agentium concinnatum. Coloniæ apud Ioannem Birckmannum, 1570, in 8. Spiræ Nemetum, apud Smeſmannium, 1595, in 8.

CON-

CONRADVS HOFMANNVS

Analyſis compoſitionis Theriacæ Andromachi, collatione facta cum ſethodo medendi, & Methodo componendi medicamenta; qua oſten-itur ſummum artificium quo Senior Andromachus in hac compoſitione mnium præſtantiſſima eſt uſus: Extat cum Thomæ Eraſti Examine de implicibus, quæ ad compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur. ugduni, 1607, in 8.

CONRADVS HORNEIVS

Compendium naturalis Philoſophiæ, de lapidibus metallicis & mi-eralibus mediis. Helmſtadii, 1624, in 8.

CONRADVS MITHOBIVS

De Aqua vitæ Iuniperina Epiſtola extat cum Greg. Horſtii Obſer-at. medicinal. ſingul. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in , pag. 480.

CONRADVS RITTERSHVSIVS, *Brunswicenſis*

Opiani 'Αλιευτικῶν Libros quinque, Latine interpretatus eſt, additis ommentariis, & Indice rerum memorabilium locupletiſſimo.

CONRADVS van ROEL, *Belga*

Verveceidos libri duo: in quibus athos perfoditur, & ſmilace co-onatur ab alumnis Adraſtiæ. Ad Stephanum Rodericum Caſtrenſem uſitanum Philoſophum & Medicum famoſum, glorioſorum digniſſi-num anteceſſorem. Oldenburgi, apud ſucceſſores Ioh. Gutenbergii, 636, in 8. Nomen eſt fictum, auctor Licetus.

CONRADVS SCHELLING, *Heidelbergenſis*

Conſilium ad puſtulas malas, morbum quem malum de Francia ulgus appellat. Heidelbergæ, in 4.

CONRADVS STOCKLIN

Liber introductorius in Artem parvam Galeni de Principiis univer-alibus totius Medicinæ tam Theoricæ quam Practicæ, ex doctrina Avi-ennæ & aliorum Medicorum. Lugduni, apud Ioan. Marion, 1516, in 8.

CONRADVS VICTOR SCHNEIDER

Liber de Oſſe cribriformi, & ſenſu ac Organo Odoratus & Morbis d utrumque ſpectantibus; de Coryza, Hæmorragia Narium, Polypo, Sternutatione, Amiſſione Odoratus. Wittebergæ, apud Tobiam Me-vium & Elardum Schumacherum, 1655, in 12.

Diſputationes Oſteologicæ aliquot. Wittebergæ, in 8.

De Oſſibus temporum diſputatio. Ibidem, 1653, in 8.

De Oſſe Occipitis, de Oſſibus Sincipitis, Ibid. pari forma & anno.

Oratio de æquitate ac juſtitia Naturæ. Ibid. 1646, in 4.

Oratio de bellis naturæ. Ibid. in fol.

Diſſertatio Anatomico-Chirurgica de natura Oſſis frontis & ejus vulneribus ac vitiis. Ibid. 1650, in 8.

Liber primus de Catharris. Quo agitur de ſpeciebus Catarrho-rum, & de Oſſe cuneiformi, per quod Catarrhi decurrere finguntur. Witebergæ, apud hær. Tobiæ Mevii & Elardi Schumacheri, 1660, n 4.

CONSALVVS FERRANDVS, *Owietenſis*

De Guajacano Ligno, Tractatus unus: De Ligno Sancto tractatus alter,

alter, ambo à peritiſſimo Hiſpanicæ linguæ Medico in Latinam verſi. Extant tomo 1 Operis de Morbo Gallico Veneti pag. 308.

CONSTANTIUS ALBINIUS, *Villanovenſis*

Magia aſtrologica, hoc eſt: Clavis Sympathiæ ſeptem Metallorum & ſeptem ſelectorum Lapidum ad Planetas, majori illius elucidatione Pariſiis, apud Car. Sebeſtre, & Davidem Gillium, 1611, in 8.

CONSTANTIUS LANDUS, *Placentinus*

Methodus bonæ valetudinis tuendæ. Lugduni, apud Sebaſt. Honoratum, 1575, in 8.

CONSTANTIUS PULCHARELLIUS, *à Maſſa Lubenſis*

Pœniæ, ſeu de Valetudine tuenda libri duo, verſu heroïco. Quos cum Poëta contexeret, & necdum revocaſſet ad limam, mors cœptis intervenit. Extant cum aliis ejuſdem Authoris Poëmatis, Neapoli, apud Tarquinium Longum, 1618, in 8.

CONSTANTIUS VAROLIUS, *Bononienſis*

Anatomiæ, ſive de reſolutione Corporis humani libri III, à Ioan. Baptiſta Corteſio nunc primum editi. Ejuſdem Varolii & Hier. Mercurialis de Nervis Opticis, nonnulliſque aliis, præter communem opinionem in humano capite obſervatis, Epiſtolæ. Francof. apud Ioa. Wechelum, & Petr. Fiſcherum, 1591, in 8.

De nervis Opticis, &c. Epiſtolæ. Patavii, apud Mejettos, 1573, in 8.

CONSTANTINUS APHRICANUS, *Monachus Caſſinenſis Cœnobii Ordinis S. Benedicti. Medicus & Philoſophus, Græco, Latino, & Arabico ſermone inſtructiſſimus. Iuſtus in Chronol. Medic. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit circa A. C. 1080. ſub Deſiderio Pontifice Maximo.*

Opera, conquiſita undique magno ſtudio, jam primum typis evulgata, præter paucula quædam quæ impreſſa fuerunt, ſed & ipſa à nobis ad vetuſtiſſimorum exemplarium manuſcript. veritatem tanta cura caſtigata, ut hujus autoris antehac nihil editum cenſeri poſſit. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1536, in fol.

Sunt autem libri hoc opere contenti:

De Morborum cognitione, & curatione, lib. VII.
De Remediorum, & ægritudinum cognitione, lib. I.
De Vrinis, lib. I.
De Stomachi affectionibus naturalibus, & præter naturam, lib. I.
De Victus ratione variorum morborum, lib. I.
De Melancholia, lib. II.
De Coitu, lib. I.
De animæ, & Spiritus diſcrimine, lib. I.
De Incantatione, & adjuratione, collis ſuſpenſione, Epiſt. I.
De Paſſionibus mulierum & matricis, lib. I.
De Chirurgia, lib. I.
De Gradibus ſimplicium, lib. I.

Opera reliqua. In quibus omnes communes loci, qui proprie Theorices ſunt, ita explicantur & tractantur, ut Medicum futurum optime formare & perficere poſſint. Ibidem, 1539, in fol. Additus eſt Antonii Gazonis de ſomno & vigilia libellus.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus pag. 102.

De animalibus ad Octavianum liber unus. Extat cum Georgii Pictorii Ζωοτροφείῳ. Baſil. 1560, in 8.

CON-

CONSTANTINVS LVCAS

Methodi medendi liber Tertius. Ticini, 1585, in 4.

Expoſitio in Avicennæ caput de Phlebotomia. Ibidem, 1584, in 4.

CONSTANTINVS LVCA, *Alexandrinus*

Subtiliſſima in Hippocratis Aphoriſmos per eum in ordinem redutos expoſitio & profitentium ad artis uſum manuductio. Ticini, apud Andr. Vianum, 1607, in 8.

In Avicennæ capita de Phlebotomia, Cucurbitulis, ac Hirudinibus expoſitio. Ticini, apud Hier. Bartolum, 1583, in 4.

Tractatus de Returbii medicatis aquis ſponte naſcentibus. Papiæ, apud Hier. Bartolum, 1584, in 4.

COPHON

De Modo medendi. Hagenoæ, apud Ioannem Secerium, 1532, in 8. Venetiis, apud Iuntas, 1582, in fol. cum ſupplemento in Meſuem.

De Anatomia Porci tractatus publicatus cum Meſuæ operibus.

CORADINVS GILINVS

De Morbo Gallico opuſculum. Extat tomo 1 Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 266.

CORNELIVS, *Mechelburgenſis*

De Puerorum Infantiumque morborum dignotione & curatione, liber. Sebaſtianus Auſtrius Rubeaquenſis ex barbaro Latinum fecit & maculavit. Baſileæ, apud Weſthemerum, 1540, in 8.

CORNELIVS ALVETANVS, *Anſrodius*

De conficiendo divino Elixire, ſive Lapide Philoſophico. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

CORNELIVS à BAERSDORP, *Goſenſis, Medicus eruditus. Vixit A. C. 1536. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Methodus univerſæ artis Medicæ, formulis expreſſa ex Galeni traditionibus, ſcopos omnes curantibus neceſſarios demonſtrans, in partes quinque diſſecta. Brugis, apud Hubertum Crocum, 1583, in fol.

Conſilium de Arthritide extat eo in opere, quod Henr. Garetius edidit Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, in 8.

CORNELIVS DREBELIVS, *Alcmarianus*

Tractatus duo. I, De natura elementorum. II, De Quinta eſſentia. Accedit his de Mobilis perpetui inventione Epiſtola lectu digniſſima. Hamburgi, 1621, in 8. E Belgico idiomate in Latinum vertit Petrus Laurembergius. Genevæ, apud Ioa. de Tournes, 1628, in 12. Francofurti eod. anno in 8.

CORNELIVS GEMMA, *Lovanienſis*

De Naturæ divinis characteriſmis; ſeu Raris & admirandis ſpectaculis, cauſis, indiciis, proprietatibus rerum in partibus ſingulis univerſi, libri II. Antverpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1575, in 8. Sub finem hujus operis adjecta ſunt: Caſus mirabilis cujuſdam abſceſſus in puella Lovanienſi: relatus nuper in prodigiorum claſſem, iſtic uberius in Medicorum gratiam explicatur. De raro genere Epidemicæ febris ac peſtilentis, quæ ad Galeni Hemitritæos accedens proxime, magna contagii vi

totum

totum biennium pergraſſata eſt, etiamnum durans in hanc æſtatem anni 1574. Quo quidem exemplo longe aptiſſimo methodus univerſa tum ad cauſæ inventionem, tum ad curationem in morbis abditiſſimis aperitur. De ulteriore tranſmutatione febris peſtilentis in peſtilentiam veram, quæ ſævire affatim cœpit æſtate anni 1574, deque illius methodo curatrice.

De arte Cydognomica tomi III. Doctrinam ordinum univerſam unaque Philoſophiam Hippocratis, Platonis, Galeni, & Ariſtotelis in unius communiſſimæ ac circularis Methodi ſpeciem referentes, quæ per animorum triplices orbes ad Sphæræ cæleſtis ſimilitudinem fabricatos, non medicinæ tantum arcana pandit myſteria; ſed & inveniendis conſtituendiſque artibus ac ſcientiis cæteris viam compendiariam patefacit. Antverpiæ, apud Chriſtophorum Plantinum, 1569, in 4.

CORNELIUS HENRICUS MATHISIUS, *Brugenſis, Medicus illuſtris. Vixit circa A. C. 1536. Juſtus in Chronol. Medic.*

Actuarii Ioh. F. Zachariæ, Libros VI Methodi medendi, Latine vertit.

CORNELIUS HERLS, *Middelburgenſis*

Examen tractatus Medici de Moſcho à Divide Vltralæo in lucem editi. Middelburgi, apud Simonem Moulert, 1613, in 8.

CORNELIUS ab HOGELAND

Cogitationes, quibus Dei exiſtentia, Item Anima Spiritalitas, & poſſibilis cum corpore unio, demonſtrantur. Nec non brevis Hiſtoria Oeconomiæ corporis animalis proponitur, ac mechanice explicatur. Amſtelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1646, in 12.

CORNELIUS LIENS

Cum adverſariis D. P. Lansbergii amica concertatio Epiſtolica. Hujus cauſæ eſt præſcriptæ fidei narratio, approbatio. Zirizeæ, apud Ioh. vander Hellen, 1614, in 8.

Mittelburgenſium Medicorum reſponſi poſtliminii & Epiſtolæ apologeticæ ex ſuperabundanti cautela refutatio pro D. P. Lansbergio. Ibidem, anno formaque iiſdem.

CORNELIUS PLEIERUS, *Coburgenſis*

Examen tractatus Guil. Adolphi Scribonii Anno 1585 Baſileæ ſub falſo prætextu contra Vromantes impoſtores ipſi Vropotas dictos editi. Erfurti, apud Ioa. Birckner, 1623, in 8.

Medicus Criticus Aſtrologus, ex veteribus Iatro-mathematicis productus. Norimbergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1628, in 12.

CORNELIUS PETRI, *Leidenſis*

Annotatiunculæ aliquot in quatuor libros Dioſcoridis Anazarbæi. Experimenta & antidota contra varios morbos, tum à ſe, tum à Ioanne Spiringo Academiæ Lovanienſis Phyſico obſervata. De rebus occultis in natura mirandis, & alia quædam lectu digna. Antverpiæ, apud Ioan. Graphæum, 1533, in 8.

CORNEIUS SCHYLANDER, *Albiſſenſis*

Medicina Aſtrologica omnibus Medicinæ ſtudioſis longe utiliſſima & neceſſaria, una cum Practica Chirurgiæ brevi & facili, modum extrahendi olea continente. Antverpiæ, apud Ioannem Withagium, 1575, in 4. apud Anton. Tilenium, 1577, in 8.

COR-

CORNELIVS à SOMEREN, *Drodracenus*

De Calculo renum Epiſtola ad Ioan. Beverovicium. Extat cum huiſdem lib. de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

De Variolis & Morbillis tractatus. Ejuſd. Epiſtola de Veſicæ Calulo. Dordrechti, 1641, in 8.

CORNELIVS THAVRERVS

De Colica graviſſima Epiſtola, extat cum Georgii Horſtii Obſerat. medicinal. ſingular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, ag. 465.

CORNELIVS VITELLIVS, *Corithius*

In defenſionem Plinii & Domitii Calderini contra Georgium Meulam Alexandrinum ad Hermolaum Barbarum, Epiſtola. in 4.

COSTABEN LVCAS

De Phyſicis ligaturis liber, tranſlatus per Arnaldum de Villanova. Extat cum Denario Medico Bernardi Penoti. Bernæ, apud Ioa. le Preux, 608, in 8.

CREMERVS, *Abbas VVeſtmonaſterienſis*

Teſtamentum. Extat cum Tripode Aureo à Michaële Majero edio Francof. apud Lucam Ienniſium, 1618, in 4.

CRISPINVS PASSÆVS, *Iunior*

Hortus floridus, in quo rariorum & minus vulgarium florum Icones d vivam veramque formam accuratiſſime delineatæ, & ſecundum quauor anni tempora diviſæ exhibentur. Arnhemii, apud Ioan. Ianſſonium, 614, in 4. Ibid. 1615, in fol.

CRITON, *Galeno major. Vixit ante Chriſtum natum. Iuſtus VVolfg. in Chrool. Medicorum.*

Fragmenta varia extant apud Aëtium Amidenum; ſcilicet,

Cataplaſmata æſtiva, odorum corpus reddentia, tetrab. 2, ſerm. 4, cap. 7.

De maculis à Sole provocatis, quas Græci ἐφηλίδας vocant, ibid. cap. 11.

Admanantes menti papularum eruptiones, ibid. cap. 15.

CVRTIVS MARINELLVS, *Venetus*

Pharmacopœa, ſive de vera Pharmaca conficiendi, & præparandi Methodo, à præſtantiſſ. & excell. Medicorum Venetorum collegio comprobata, libri duo. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1617, in 4. Hanoviæ, apud Clementem Schleich, 1617, in 8.

De Morbis nobiliores animæ facultates obſidentibus libri tres. Quibus accedit liber patefaciens Galenum, & omnes alios, qui poſt ipſum medicinam fecerunt, ſive fuerint Græci, ſive Arabes, ſive Latini, omnia, aut majorem partem eorum, quæ de his morbis pronuntiaverunt ab antiquioribus deſumpſiſſe. Denique Opuſculum quoddam continens nonnulas controverſias, inconſtantias, atque admirationes in dictis Galeni adinventas. Venetiis, apud Iuntas, 1615, in 4.

CYPRIANVS MANTEGARRIVS, *Venetus*

Horatii Guarguanti Reſponſa varia, ad varias ægritudines, ſtudioſe collecta edidit.

CYPRIANVS MAROXA

De febribus & lue venerea. Valliſoleti, 1641, in fol.

Cyriacus Lucius de Claf

De Ligni Cotonei natura, viribus, & facultatibus libellus. Ingolſta dii, apud Sartorium, 1580, in 4.

De Lithoſophiſtica, erronea quorundam de Lapide Philoſophic nunc diſceptantium doctrina, religioni Chriſtianæ incommoda obſerva tio, atque de Lapide Chriſtoſophico, ſummo Chriſtianorum bono, admo nitio. Ibidem, apud eundem, 1582, in 4.

De variis Medicorum ſectis, nunc in Republica vigentibus, optim doctrina, & medicina Philoſophica. Ibidem, apud Wolfgangum Ebe rum, 1583, in 4.

De Medicina Philoſophica: in qua oſtenditur, quod ſcientia Medi ca liberalibus diſciplinis omnibus, &c. uſui eſſe queat. Ibidem, apud eun dem, 1597, in 4.

Diſputatio Phyſiologica, de Humoribus & Superfluitatibus. Ingol ſtadii, 1588, in 4.

D.

Damageron

De re ruſtica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: ſeu de R ruſtica ſelectorum lib. xx. Græce Ioa. Alex. Braſſicani opera in lucem editis, Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latine autem, Iano Co nario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

Damianus Laphanchinus.

In Hippocr. Aphoriſmos Dialogus. Venet. 1586, in 4.

Daniel Beckherus, *Dantiſcanus*

Spagyria Microcoſmi, tradens Medicinam è corpore hominis tu vivo, tum extincto docte eruendam, ſcite præparandam, & dextre pr pinandam. Roſtochii, apud Auguſt. Ferberum, 1622, in 12: triplo aucti & correctior Lugduni Batav. prodiit apud Iacob. Marci, 1633, in 4.

De cultrivoro Pruſſiaco, obſervatio & curatio ſingularis, decad poſitionum, variis variorum obſervationum hiſtoriis refectarum, ill ſtrata. Iungitur Medicorum Leydenſium ſuper hoc ſcripto judiciu Regiomonti, apud Laur. Segebadium, 1636, in 4. Lugd. Batav. apu Ioa. Maire, 1638, 1640, in 8.

Hiſtoria Morbi Academici Regiomontani, ſeu Febris malignæ ep demicæ Civibus Academiæ, imprimis Communis Electoralis Men convictoribus funeſtæ, cum indolis & cauſarum ejuſdem explication Problematibus nonnullis incluſa, conſenſu Ampliſſ. Facultatis Medic in Acad. Regiomontana conſignata. Regiomonti, apud Iohannem Rei nerum, 1649, in 4.

Daniel Brouchvisius

Thomæ Aquinatis Secreta Alchimiæ magnalia edidit. Colon. Agri pinæ, apud Nicol. Bohmbargen. Lugduni, apud Thomam Baſſium, 161 in 8.

Theſaurus Alchimiæ. Coloniæ, 1579, in 4.

Daniel Bucretius, *Vratiſlavienſis*

Supplementum Tabularum Anatomicarum Iulii Caſſerii Place- ti,

ini, extat cum Adriani Spigelii Bruxellenſis Operibus, Amſtelædami, pud Ioh. Blaeu, 1645, in fol.

DANIEL CARMENIVS, *Bononienſis*

De Medendi Methodo libri ſex. Bononiæ, apud Nicol. Thebaldium, 1636, in fol.

DANIEL DANIELS

De morſu canis rabidi, & uſu cauterii actualis in eo, obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. IV. Oppenheimi, pud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 220, 222. Francof. 1646, in fol.

DANIEL FVRLANVS, *Cretenſis*

Theophraſti Ereſii Peripateticorum poſt Ariſtotelem principis, pleaque antehac Latine nunquam, nunc Græce & Latine edita. Interpretibus Dan. Furlano, Adriano Turnebo. Acceſſerunt liber de Innato ſpiritu, Ariſtoteli attributus, & D. F. uberes ad omnia Commentarii. Ex bibliotheca Ioannis Vincentii Pinelli. Hanoviæ, apud Marnium, & hæredes Aubrii, 1605, in fol.

DANIEL HEINSIVS, *Flander*

Theophraſti Ereſii Textum Græcum, Editionis 1613, in fol. apud Ioh. Maire, locis infinitis partim ex ingenio, partim è libris emendavit; hiulca upplevit; male concepta recenſuit, interpretationem paſſim interpolavit.

DANIEL HERMANNVS

De Rana & Lacerta Succino Pruſſiaco inſitis diſcurſus.

DANIEL MILIVS

Pharmacopææ Spagyricæ liber ſecundus. Francof. 1628, in 8.

DANIEL MIVERIVS, *Gauſanus*

Epiſtolæ quædam medicæ extant cum Miſcellaneis Henrici Smetii, Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

DANIEL MOEGLING

Diſputatio de Humano Corpore. Tubingæ, 1590, in 4.

Diſputatio de Mixtorum Craſibus. Tub. apud Cellium, 1600, in 4.

Diſputatio de Catharro. Tub. apud Georg. Grupenbach, 1588, in 4.

Diſputatio de Ratione curandi per Sanguinis Miſſionem. Tubingæ, apud Cellium, 1602, in 4.

Diſputatio de Iudiciis Morborum. Ibidem, 1588, in 4.

DANIEL PELICANVS, *Oppavianus*

De Fonticulis Diſputatio. Extat Decade V Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

DANIEL RIXINGERVS

Epiſtola Medica de Acidulis Schwalbacenſibus, extat cum iis Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

DANIEL SENNERTVS, *Vratiſlavienſis*

Opera omnia, in tres tomos diviſa. Pariſiis, apud Michaëlem Solii, & Socios, 1645. Lugduni, apud Ioh. Ant. Huguetan, 1650, in fol.

Tomo primo continentur,

Vita Autoris, & Iudicia Virorum Doctorum de ipſo.
Epitome ſcientiæ naturalis.
Hypomnemata phyſica.
Methodus diſcendi Medicinam.
Inſtitutiones Medicæ, &
De origine Animarum in brutis.

Tomo ſecundo,

De Febribus, lib. IV. | Practicæ liber I, II, & III.

Tomo tertio,

Practicæ, liber IV, V.
Tractatus de Arthritide.
Practicæ liber VI.
De conſenſu & diſſenſu Galenicorum & Peripateticorum cu[m] Chymicis.
Exoterica.

Seorſim prodierunt:

Inſtitutionum Medicinæ libri quinque. Wittebergæ, apud Zacha[riam] Schurerum, 1620, in 4. apud Tobiam Mevium, 1644, in 4.

De Febribus libri quatuor. Witebergæ, apud hæredes Schurer[i] 1619, in 8. 1628, in 4. Francof. & Witteb. 1653, in 4. Huic editio[ni] acceſſit Faſciculus medicamentorum contra peſtem. Lugduni, apud Io[annem] Lautret, 1627, in 8. Acceſſit ad calcem ejuſdem de Dyſenteria tractatu[s].

Epitome Inſtitutionum & Librorum de Febribus. Witebergæ, apu[d] hæredes Schureri, 1634; in 12. 1647, in 8. Amſtelædami, apud Iodo[cum] Ianſonium, 1644, in 12. Patavii, 1644, in 8.

Epitome Inſtitutionum medicarum, diſputationibus XVIII com[prehenſæ]. Witebergæ, apud Schurerum, 1631, in 12. 1647, in 8.

Practicæ Medicinæ liber primus. Ibidem, apud Viduam & hæred[es] Schureri, 1628, 1636, in 4. Lugduni, apud Petrum Ravaud, 1629, in 8.

Practicæ Medicinæ liber ſecundus. Ibidem, apud eoſdem, 1629 1640, in 4.

Practicæ Medicinæ liber tertius. Ibidem, apud eoſdem, 1631, in 4 apud hæredes Tob. Mevii, 1648, in 4.

Practicæ Medicinæ liber quartus. Ibidem, apud eoſdem, 1632, in 4 Ibid. 1649, in 4.

De Infantium curatione tractatus, libro quarto Practicæ adjectu[s] Ibidem.

Practicæ Medicinæ liber quintus, De Tumoribus, Vlceribus, Cu taneis vitiis, Vulneribus, Fracturis, & Luxationibus. Ibidem, 1634, in 4

Practicæ Medicinæ liber ſextus de Morbis occultis. Ibid. 1635, in 4

De Scorbuto tractatus. Cui acceſſerunt ejuſdem argumenti Tra ctatus & Epiſtolæ Balduini Ronſei, Ioannis Echthii, Ioannis Wieri Ioannis Langii, Salomonis Alberti, Matthæi Martini. Wittebergæ, apu[d] Schurerum, 1624, in 8.

De Dyſenteria tractatus. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1626 in 8.

De Arthritide tractatus. Cui acceſſit Tragopodagra Luciani. Wi tebergæ, apud hæredes Schureri, 1631, in 4.

De Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu, ac diſſen ſu liber. Ibidem, 1619, in 8, 1629, in 4. Cui acceſſit Appendix de Con ſtitutione Chymiæ.

Quæſtionum medicarum controverſarum liber. Cui acceſſit Tra ctatus de Peſtilentia. Witebergæ, apud Clementem Bergerum, 1609, in 8 & Martinum Henckelium, 1610, in 8.

Epitome Naturalis ſcientiæ. Witebergæ, apud Caſp. Heiden, 1618 in 8. 1624, in 8. 1633, in 8.

Aucta

Auctarium Epitomes Phyſicæ. Ibid. 1635, in 8.

Hypomnemata phyſica, I, De rerum naturalium principiis; II, De occultis qualitatibus; III, De Atomis & miſtione; IV, De generatione viventium; V, De ſpontaneo viventium ortu. Francof. apud Clementem Schleichium, 1635, & 1636, in 8.

De Origine & natura Animarum in brutis ſententiæ clariſſ. Theologorum in aliquot Germaniæ Academiis, quibus ſimul Daniel Sennertus à crimine blaſphemiæ & hæreſios, à Ioa. Freitagio ipſi intentato, abſolvitur. Francof. apud Clem. Schleichium, 1638, in 8.

Paralipomena, cum præmiſſa Methodo diſcendi medicinam tractatus poſthumus. Acceſſerunt in fine Vita Authoris, & judicia Cl. Virorum ſuper eodem, ejuſque ſcriptis. Witebergæ, apud Zachar. Schurerum, 1642, in 4.

De Fungis læſarum partium corporis humani Obſervatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſervat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8. pag. 127.

Epiſtola, in qua dubia nonnulla, circa probationem Acidularum Schwalbacenſium moventur, ob laborem probationis nondum tum penitus finitum orta. Extat cum iis Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Ftancof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

Epiſtola de Fermentatione Platonica. Extat cum Theſſalo in Chymicis redivivo & Anatomia fermentationis Platonicæ Antonii Guntheri Billichii. Francof. apud Ioan. Beyerum, 1643, in 8. item cum Herm. Conringii de Sanguinis generatione, &c. Amſtelodami, apud Lud. Elzevirium, 1646, in 8.

De bene vivendi beatéque moriendi ratione Meditationes. Wittebergæ, 1636, in 12.

DANIEL SVEPPIVS

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

DANIEL VERMOSTIVS, *Areſchotanus*

Breve Apologema pro Vopiſco Fortunato Plempio Artium & Medicinæ Doctore, atque in Academia Lovanienſi Practicen primo loco profitente, adverſus dicteria & ineptias cujuſdam Κνωύρκ. Lovanii, apud Viduam Iac. Zegers, 1644, in fol. cum ejuſdem Plempii libris de Fundam. medic.

DANIEL VLIERDENVS, *Bruxellanus*

Epiſtola, non minus Theologica, quam Medica, oſtendens Medicum non corpori ſolum, verum etiam animæ ſuppetias dare, &c. Baſileæ, apud Frobenium, 1544, in 8.

Conſilia quædam de Arthritide extant eo in opere, quod Henricus Garetius edidit Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, in 8.

DANIEL WINCLERVS, *Vratiſlavienſis*

Animadverſiones in tractatum qui inſcribitur: Diſſertatio de Vita fœtus in utero, qua luculenter demonſtratur, infantem in utero non anima matris, ſed ſua ipſius vita vivere, propriaſque ſuas vitales actiones etiam in alvo materna exercere, & matre extincta ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe: adeoque à Magiſtratu in bene conſtitutis

Rebuſp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exemt ſepeliatur, priuſquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſe ctione an infans adhuc vivus, an vero mortuus ſit, exploratum fuerit Ienæ, apud Tob. Steinmannum, 1630, in 4.

De Opio tractatus, in quo ſimul liber de Opio Ioannis Freitagii Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1635, in 8.

DAVID CHYTRÆVS.

Oratio de ſtructura humani corporis & expreſſis in ea, ſapientiæ divinæ & virtutum veſtigiis. Roſtochii, apud Iac. Lucium, 1579, in 8.

DAVID CRVSIVS, *Crimnicenſis*

Theatrum morborum Hermetico-Hippocraticum, ſeu Methodica morborum, & curationis eorundem diſpoſitio: multis elegantiſſimis problematis, ac Hermeticæ medicinæ floſculis illuſtrata. Erfurti, apud Ioan. Epiſcopium, 1615, in 8. Ibid. 1616, pari forma.

Theatri morborum Hermetico-Hippocratici, ſeu Methodicæ morborum & curationis eorundem diſpoſitionis Pars poſterior. Ibidem, apud eundem, 1616, in 8.

DAVID HOESCHELIVS, *Auguſtanus*

Hermetis Triſmegiſti Iatromathematicam, cum notis, auctam & emendatiorem edidit.

DAVID KYBERVS, *Argentinenſis*

Hiſtoriæ rerum naturalium, libri octo: quorum *tres* priores agunt de Plantis. *Quartus* de Piſcibus. *Quintus* de Avibus. *Sextus* de Quadrupedibus & Serpentibus. *Septimus* de Inſectis. *Octavus* de ipſa Regione, & illius Incolis. Cum appendice de Tapuyis, & Chilenſibus. Ioannes de Laet, Antwerpianus, in ordinem digeſſit & Annotationes addidit, & varia ab Auctore omiſſa ſupplevit & illuſtravit. Extat cum Hiſtoria naturali Braſiliæ, auſpicio ac beneficio Illuſtriſſ. I. MAVRICII Com. Naſſaviæ, illius Provinciæ & Maris Summi Præfecti adornata. Lugd. Batav. apud Franc. Hackium, & Amſtelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1648, in fol.

GEORGIVS MARIVS, *Herbipolenſis*

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. Qua agitur de Plantis nonnullis, nempe Picea, Chamæleonibus, Pyrethro, Saxifragia, Hermodactylo, & quibuſdam aliarum imaginibus. Extat lib. III Epiſt. Matthioli, pag. 337, edit. Lugdunenſis.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIVS MELICHIVS, *Auguſtanus*

Diſpenſatorium medicum, ſive de recta medicamentorum, quorum hodie uſus eſt, parandorum ratione, commentarii, Medicis & Pharmacopœis utiliſſimi: ex Italico in Latinum ſermonem converſi à Samuele Keller, Anhaltino. Witebergæ, apud hæredes Ioa. Cratonis, 1586, in 4. Francof. apud Palthenium, 1601, in 12. Cui adjectum eſt Compendium Medicinæ Practicæ Franciſcimariæ de Tectoriis Vrbinatis. Ibidem, 1624, in 8. addito Antidotario Romano.

GEORGIVS MERVLA, *Alexandrinus*

Annotationes in Galeotti Martii de Homine libros duos: extant cum his ipſis Baſileæ, apud Frobenium, 1517, in 4. Oppenheimi, apud Ionam Roſam, 1610, in 8.

Annotationes in Aphrodiſei Problematum Verſionem Georg. Vallæ. Pariſiis, 1520, in fol.

GEORGIVS MOCHINGERVS

Compendium inſtitutionum medicarum Danielis Sennerti M. D. Diſputationibus XVII in illuſtri Academia Lipſienſi propoſitum. Pariſiis, apud Petrum Billaine, 1631, in 12.

GEOR

GEORGIVS MORALIS, *Luſitanus*

Commentaria in magni Hippocratis Coi Aphoriſmorum lib. II priores. Venetiis, apud Paulum Paleonium, 1648, in 4.

Enchiridion Medicum Ethicum & Theologicum. Venet. 1655, in 12.

GEORIVS PALMA

Epiſtolæ aliquot Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

GEORGIVS PHÆDRO, *de Geleinen*

Chirurgia minor, hoc eſt, omnium ulcerum perfectæ curationis methodus. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 4.

Eleenus, ſive perfecta Epilepſiæ curatio. Item Aquila cœleſtis, ſive correcta Hydrargyri præcipitatio. Extat cum Alex. à Suchten libello de Antimonio, Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1575, in 8. Exſtat etiam parte II Anti-Magico-Medici Ant. Zimaræ, pag. 362.

De Balneis Puteolanis liber. Ibidem, 1571, in 8.

Opuſcula Iatro-Chemica quatuor: I, Praxis Medico-Chemica. II, Halopyrgice, ſive Peſtis Medico-Chimica curatio. III, Chirurgia minor. IV, Furnus Chymicus. In quibus non ſolum difficiliorum & inſanabilium morborum ratio curandi chymica proponitur, ſed etiam ipſa præparandorum Arcanorum doctrina, & Characteriſticæ, ſive Cœleſtis Phyſicæ Elucidatio perſpicue demonſtratur. Prodeunt è Bibliotheca Schenckiana: curante Ioa. Andr. Schenckio à Graffenberg. Francofurti apud Ioan. Wolphium, 1611, in 8.

GEORGIVS OETHEVS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIVS PICTORIVS, *Villinganus*

Rei Medicæ totius compendioſa traditio; Avicennæ, Galeni, Hippocratis, aliorumque optimorum authorum ſuffragiis, tanta autoris diligentia in unum conſcripta, ut plane nihil quod rationalem medicinam concernit, neglectum videatur. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1558, 1560, in 8.

Ζωοτροφεῖον ſeu Leporarium.

Scholia in Conſtantini Africani de animalibus librum. Item, Laurentii Lippii de Piſcibus librum. Baſileæ, 1560, in 8.

Medicinæ tam ſimplices quam compoſitæ. Baſil. 1560, in 8.

Pantopolion animalium, plantarum, metallorum, &c. naturas carmine comprehendens. Item de Apibus & Cera, & de Dæmonibus ſublunaribus, ac ſpeciebus Magiæ. Ibidem, 1563, in 8.

Tuendæ ſanitatis ratio, VII Dialogis, per ſex rerum (ut Medici vocant) naturalium ordinem, quæ ſunt, aër, cibus, potus, motus, quies, ſomnus, vigilia, repletio, inanitio, animi paſſiones: ex ſummorum Medicorum ſententia conſcripta. Accedunt Succiſivarum Lectionum IX Dialogi. Conviviorum libri III. Ibidem, 1554, in 8. Pariſiis, apud Hier. Marnef, 1580, in 12.

Tuendæ ſanitatis methodus, in gratiam omnium, qui minus exercentur, tam ex optimis autoribus, quam ratione ac fideli experientia, carmine conſcripta. Extat cum Schola Salernitana. Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16.

Separati

Separati ſermones Aphoriſtica brevitate in omnes ferme præter naturam affectus ex ſummis medicæ profeſſionis autoribus ſic in unum conſcripti,ut non ſolum in re medica primis tironibus commodo eſſe queant, ſed etiam in arte perfectis utiles haberi videantur. Baſileæ, 1562, in 8.

Phyſicarum quæſtionum Centuriæ tres. Accedunt quorundam magnorum auctorum errores, per eundem notati. Item Pantopolion contra quoſdam Philoſophos, cum tribus dialogis: de Ira refrænanda; de vera Nobilitate; de Ebrietatis turpitudine. Ibidem, 1568, in 8.

Sermonum Convivalium lib. x. Hiſtoricæ, Poëticæ, ac Medicæ rei ſtudioſis valde utiles. Et Ebrietatis in exilium relegatæ threnodia, ejuſdemque reſurgentis triumphantiſque τρόπαιον. Præterea, de Pharmacandi comprobata ratione, medicinarum ſimplicium rectificatione, ſymptomatum purgationis hora ſupervenientium emendatione lib. II. per Theodoricum Vlſterium Med. carmine conſcripti: & nunc primum per eundem D. Pictorium ab interitu vindicati, ſcholiiſque illuſtrati. Quibus accedit quoque Q. Sereni Sammonici libellus de omnium morborum cura, carmine quoque conſcriptus, & ejuſdem D. Pictorii commentariis explanatus. Ibidem, 1559, in 8.

Scholia in Marbodæum de Gemmis & Lapidibus. Quibus accedit de lapide molari carmen. Ibidem, 1531, in 8.

Scholia in Marſilii Ficini de ſtudioſorum valetudine tuendā librum. Præterea in ſeptimum Plinii librum Enarrationes. Ibidem, 1569, in 8.

Scholia in Antonii Gazii de Evacuandi ratione lib. Cum Rerum fortuito evenientium conſolationibus. Ibidem, 1565, in 8.

Scholia in Æmylium Macrum, nunquam antea in lucem edita. Cum Graduum compendioſa tabula. Ibidem, 1559, in 8. & 1581, in 8.

De Peſte, & Papulis Puerorum lib. duo. Ibidem, 1555, in 8.

Regulæ univerſalis curationis morborum, tercentum quadragintaquinque aphoriſmis per D. Arnoldum Catalanum ſive Villanovanum diligenter conſcriptæ & Pictorii commentarii utiliſſimis illuſtratæ. Et Evacuandi ratio, per Antonium Gazionem breviſſima methodo conſcripta, ejuſdemque Pictorii ſcholiis diligenter explicata. Præterea, Rerum fortuito evenientium conſolationes quatuordecim, eodem auctore. Hiſce accedunt Epicyliciarum Quæſtionum omnijuga rerum ſcitu digniſſimarum ubertate ſcatentium, libri decem: eodem auctore. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

GEORGIVS PYLANDRVS

Hippocratis de morbis libros quatuor vertit, præfationem & argumenta addidit. Pariſiis, 1540, in 4.

GEORGIVS PISIDA, *Conſtantinopolitanus*

Opus ſex dierum, ſeu Mundi Opificium: Ejuſdem Senarii, de Vanitate Vitæ. Omnia Græce in lucem edita, & Latinis verſibus ejuſdem generis expreſſa,per Fed. Morellum, Fed. F. cum fragmentis ex Suida & aliis. Græcolatin. apud Hieron. Commelinum, 1596, in 8.

GEORGIVS RIPLEVS, *Anglus*

Medulla Philoſophiæ Chemicæ. Extat cum Opuſculis quibuſdam Chemicis, Francof. apud Ioan. Bringerum, 1614, in 8, editis.

Liber duodecim Portarum: & de Mercurio & Lapide Philoſopho-

rum

rum liber. Extant in Quadriga Aurifera à Nicolao Barnaudo Delphinate edita. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1599, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 114.

Opera omnia Chymica quotquot hactenus viſa ſunt, quorum aliqua iam primum in lucem prodierunt aliqua, Mss. exemplarium collatione à mendis repurgata. Caſſellis, 1649, in 8.

GEORGIVS RIVETTVS, *Bononienſis*

Tractatus de Peſte, exanthematibus, & anthracibus; atque de Methodo in febris peſtilentis & aliorum id genus morborum curatione obſervanda. Ex Italica in Latinam linguam tranſlatus per Thomam Aubel Med. Coloniæ, apud Henr. Falckenburg, 1597, in 8.

GEORGIVS à SAA

Concluſiones medicæ. Conimbricæ, 1582, in 12.

GEORGIVS SAVVAGEON

Barthol. Perdulcis univerſam medicinam, præter notas, in margine additas, plurimis therapeuticis locis, ex Auctoris autographo auxit. Acceſſit de Morbis animi liber.

GEORGIVS SCHARPIVS, *Scotus*

Inſtitutiones medicæ, à Claudio filio in lucem editæ. Bononiæ, apud Iac. Montium, 1638, in 4.

GEORGIVS SEGER, *Thorunienſis*

De Lymphæ Bartholinianæ Quidditate & materia, diſſertatio Anatomica, cum annexis Epiſtolis Doctorum Virorum. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1655, in 4.

Synopſis Rariorum in Muſæo Olai Wormii. Hafniæ, 1653, in 4. apud Petrum Hakium, 1658, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Vſu communium Corporis Humani Integumentorum. Ibidem, apud Melch. Martzam, 1654, in 4.

Triumphus Cordi, poſt captam ex totali Hepatis clade Victoriam, erectus. Hafniæ, apud Georg. Lamprechtum, 1654, in 4.

Diſſertatio Anatomica, de Hippocratis Orthodoxia in doctrina de Nutritione Fœtus Humani in Vtero. Cui acceſſere ejuſdem diſſertatiunculæ binæ. Quarum altera de Democriti Heterodoxia in doctrina de Nutritione fœtus in utero. Altera, de Cotyledonibus Vteri. Baſileæ, apud Georg. Deckerum, 1660, in 4.

GEORGIVS SPORLINVS

Martini Rulandi Curationes Empiricas, in compendioſum ordinem, ſecundum partium Corporis ſeriem, redactas, ope Ioan. Scrotæ edidit.

GEORGIVS STVRTIADES, *Medicus ſui ſeculi doctiſſimus & exercitatiſſimus, in Erphordienſi Academia, Eobano Heſſo, Poëtarum Germanorum tum temporis princ.pi, & Ioachimo Camerario familiariſſimus. Vixit circa A. C.* 1520. *Ceſtus in Chronol. Medic.*

De Febrium diviſione tabula. Erphurdiæ, 1624, in 8.

GEORGIVS TINSKERVS

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

GEORGIVS TORRÆVS, *Inſulenſis*

De Podagra Theorico-Practicæ poſitiones, Medicis, Medicinæque Candidatis, pro Laurea Apollinea conſequenda, amicæ ventilationi expoſitæ. Monſpelii, apud Ioa. Pech, 1626, in 4.

Epileptica conſideratio, id eſt, morbi Comitialis qua Theoretica, qua practica Medicina. Francof. apud Emmelium, 1625, in 4.

GEORGIVS TVRRI

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, de rei ruſticæ laudibus. Extat lib. III Epiſt. pag. 395.

GEORGIVS VALLA, *Placentinus. Philoſophus, Rhetor & Medicus utraque lingua doctiſſimus. Claruit ſub Friderico* III; *juxta Trittemium vero, ſub Maximiliano Venetiis A. C.* 1494. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Vniverſæ Medicinæ, ex Græcis potiſſimum contractæ, lib. VII. Extant Operis ſui Expetendorum & fugiendorum, libris XXIV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX. publicatum eſt Venetiis, apud Aldum, 1501, in fol.

De humani corporis partibus Opuſculum. Extat cum Alex. Benedicti Anatomice. Baſileæ, apud Eucharium, 1627, in 8. cum Io. Guintherii Andernaci Anatom. Inſtitut. Venet. apud Bernardinum, 1538, in 8.

De inventa Medicina, & in quot partes diſtributa ſit. Ἰσαγωγὴ Ioannitii Medici illuſtris. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1529, in 8.

De Differentiis Pulſuum. Problemata Ariſtotelis de Re medica. Dialogus Parthenii de Sectione Humani corporis. Argentinæ, apud Henric. Sybold, 1529, in 8.

De Corporis commodis, & incommodis lib. III. Quorum primus, de Anima: ſecundus, de Corpore: tertius, de Vrinis ex Hippocrate, & Ægineta, deque Galeni quæſtionibus in Hippocratem agit. Argentorati, apud Henr. Sybold, 1529, & 1531, in 8.

De tuenda ſanitate per victum, & quæ ſecundum cujuſque naturam in victu ſequenda, aut fugienda ſunt. Additus Paulus Ægineta de ciborum facultatibus. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1529, in 8.

Rhazæ cognomento Experimentatoris, de Peſtilentia interpretatio Græca. Extat cum Pſelli de Victus ratione lib. II. à ſe Latine redditis Baſileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8.

Interpretatio Latina Alex. Aphrodiſei, de Febrium cauſis & differentiis. Extat cum Symphor. Campeſii libellis, de Medicinæ claris ſcriptoribus. Lugduni, 1506, in 8. Ejuſdem Aphrodiſæi Problematum v Sectionum Expoſitio. Extat, cum Expoſitionibus Petri de Apono, in Ariſt. Probl. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519, in fol.

Nemeſii, De Natura Hominis, Latine interpretatus eſt.

De Vniverſi corporis purgatione. Argentinæ, apud Henr. Sybold, 1529, in 8.

GEORGIVS VBERVS

Epiſtola Medica extat eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 120.

GEORGIVS VELLA, *Brixienſis*

Opuſculum de Morbo Gallico. Extat tomo I Operis de Morbo Gallico, pag. 179.

GEOR-

GEORGIVS WERNHERVS

De admirandis Hungariæ Aquis Hypomnemation. Viennæ Auſtriæ, ‹a›pud Ægydium Aquilam, 1551, in 4. Exſtat quoque cum Sigiſmundi Li‹b›eri Rerum Moſcoviticarum commentariis, Antwerpiæ, apud Ioh. Steelium, 1557, in 8. & cum Ant. Poſſevini Moſchovia, & aliorum operibus, Coloniæ, 1563, in fol.

GERARDVS BERGENSIS, *Antverpianus*

De præſervatione, & curatione morbi articularis, & calculi libellus. Antverpiæ, apud Plantinum, 1584, in 8.

De Peſtis præſervatione. Ibidem, 1565, 1586, in 8. & cum Ægydii ‹E›verarti de Herba Panacea libello. Ibid. apud Ioa. Bellerum, 1587, in 16.

De Conſultationibus Medicorum, & methodica Febrium curatio‹n›e Commentariolum. Item de Dolore Penis. Antverpiæ, apud Plantinum, 1586, in 8.

GERARDVS BVCOLDIANVS

De Puella, quæ ſine cibo & potu vitam tranſigit, brevis Narratio. ‹P›ariſiis, apud Robertum Stephanum, 1547, in 8.

GERARDVS COLVMBA, *Meſſanenſis*

De Febris peſtilentis cognitione & curatione, Diſputationum me‹d›icarum libri duo. In quorum priore agitur etiam de ſtellarum influxi‹b›us, adverſus Ioa. Picum Mirandulanum: in poſteriore de abuſu Phœ‹ni›gmatum in febre peſtilenti. Meſſanæ, apud Petrum Bream, 1596, in 4. ‹I›bidem, apud Mejettum, Venet. 1600, eadem forma. Francof. apud ‹S›pieſſium, 1601, in 8. apud Nicol. Hofmannum, 1608, in 8. cum Nic. ‹M›acchelli tractatu de Lue venerea.

GERARDVS CREMONENSIS, *Medicus in Toleto. Vixit circa A. C.* ‹1›555. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Avicennæ lib. Canonis, & Cantica, ex Arabico, in Latinum tranſtulit. ‹E›mendatior prodiit cura Andr. Alpagi. Venet. apud Iuntas, 1544, & 1553.

Iani Damaſceni Metaphraſis: lib. VII. Methodi Therapeuticæ. Ex‹ta›t ibidem.

Abhengnefit, de Virtutibus Medicinarum & Ciborum, ex Arabica ‹in› Latinam linguam vertit.

In Abubetri, filii Zachariæ Librum ad Almanſ. additiones interli‹ne›ares.

GERARDVS DORNÆVS

Congeries Paracelſicæ Chemiæ de Tranſmutationibus metallorum, ‹ex› omnibus quæ de his ab ipſo ſcripta reperire licuit hactenus. Acceſſit ‹G›enealogia Mineralium, atque metallorum omnium, Francof. apud ‹A›ndr. Wechelum, 1581, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, ‹ed›iti Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 533, & p. 619.

Chymiſticum Artificium Naturæ, Theoricum & Practicum. Fran‹co›f. apud Andr. Wechelum, 1568, in 8.

Artificii Chymiſtici, Phyſici, Metaphyſicique, ſecunda pars, & ter‹tia›. Acceſſit etiam tertiæ parti, de Præparationibus Metallicis in utroque ‹La›pidis Philoſophorum opere majore minoreque, Tractatus excellen‹tiſ›ſimus. Francof. apud eundem, 1569, in 8.

Bernardus Treviſanus de Chymico miraculo quod lapidem Philo-

ſophorum vocant. Dionyſius Zecharus Gallus de eodem. Autoritat bus variis, hujus artis Principum Democriti, Geberi, Lullii, Villanova ni, confirmati & illuſtrati. Baſileæ, apud hæredes P. Pernæ, 1583, in 8.

Compendium Aſtronomiæ magnæ Theophraſti Paracelſi, de Natu ralium & Supernaturalium Arcanorum, Myſteriorum, Dei quoque Ma gnalium ad artes & ſcientias adeptas conſequendum optima conſidera tione. Francof. 1584, in 8.

Theophraſti Paracelſi de ſummis Naturæ Myſteriis commentar tres Latinitate donati. Baſileæ, 1584, in 8.

Lapis Metaphyſicus, aut Philoſophicus, qui univerſalis medicin vera fuit patrum antiquorum, ad omnes indifferentes morbos, etiam eo quos incurabiles vocarunt illi qui curare non potuerunt. Et ad metallo rum tollendam lepram, fabricandos lapides pretioſos, &c. Baſileæ, apu Petrum Pernam, 1570, in 8.

In libros Paracelſi de Vita longa commentarium ſcripſit, editu Francof. 1583, in 8.

Dictionarium Theophraſti, continens obſcuriorum vocabulorum quibus in ſuis ſcriptis paſſim utitur, Definitiones. Francof. apud Chri ſtoph. Rab, 1583, in 8.

Aurora Theſaurusque Philoſophorum Theophraſti Paracelſi. Fra cof. 1584, in 8. Acceſſit Monarchia Phyſica Dornæi, in defenſionem P racelſicorum Principiorum, à ſuo Præceptore poſitorum. Præterea Ana tomia viva Paracelſi, qua docet autor præter ſectionem corporum, & an mortem, patientibus eſſe ſuccurrendum. Baſil. apud Guarinum, 1577, in

De Luce Naturæ Phyſica, ex Geneſi deſumta, juxta ſententia Theophraſti Paracelſi tractatus. Cui annexa eſt modeſta quædam adm nitio ad Thomam Eraſtum, Germanum etiam Philoſophum atque M dicum, de retractandis calumniis, & convitiis in Paracelſum & ſuos pe peram ac immerito datis in lucem per quatuor tomos, De nova Medic na. Francof. apud Chriſtoph. Corvinum, 1583, in 8. & Volumine 1. Thea Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 35

Commentaria in Archidoxorum libros x, D. Doct. Theophra Paracelſi, &c. Quibus acceſſit Compendium Aſtronomiæ magnæ ej dem Autoris, in amplam Operum ejus declarationem, etiam Latine pri nunquam editum. Francof. apud Corvinum, 1584, in 8.

De reſtituta utriuſque Medicinæ vera Praxi, Liber primus. Lugd ni, apud Iac. du Puys, 1578, in 8.

De Summis Naturæ myſteriis Commentarii tres. Baſileæ, ap Conrad. Waldkirch, 1584, in 8.

Sunt autem:

De Spiritibus Planetarum.
De Occulta Philoſophia.
De Medicina cœleſti, ſive de Sign Zodiaci, & Myſteriis eorum.

Clavis totius Philoſophiæ Chymiſticæ, per quam obſcura Philoſ phorum dicta reſerantur. Compendium tres libros continens, part phyſicos, medicos, & pro majori parte chymicos. Lugduni, apud hæ des Iac. Iuntæ, 1567, in 12. Herbornæ, 1594, in 12. & Volumine 1. Thea Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8, pag. 2

Faſciculus Paracelſicæ medicinæ veteris & non novæ, per floſcul ch

hymicos & medicos, tanquam in compendioſum promptuarium colle-
tus. Francof. apud Sigiſmundum Feyrabend, 1581, in 4.

Veneni, quod Leo (neſcio quis) Suavius in Theophraſticos evomere onatur, proprium in pectus ejus Apologetica retorſio. Extat cum Leo-is Suavii Compendio medicinæ utriuſque Theophraſti Paracelſi, Baſil. pud Petrum Pernam, 1568, in 8.

GERARDVS BAVMANNVS

Conſilia aliquot Medica extant eo in opere quod Ioan. Phil. Bren-elius collegit & edidit, Francof. apud Palthenium, 1615, in 4.

GERARDVS BLASIVS, *Leonhardi F.*

Ioa. Pulverini Medicinam Practicam recenſitam ſeptimo edidit.

Commentarius in Syntagma Anatomicum Ioannis Veſlingii. Am-elod. 1659, in 4.

In Petri Morelli de præſcribendis Remediorum formulis libellum Commentarius. Ibid. 1659, in 12.

Impetus Iac. Primiroſii, in Vopiſc. Fortunatum Plempium, retuſus. mſtelodami, apud Ioa. Ravenſteyn, 1659, in 4.

Ioa. Bequini Tyrocinium Chymicum edidit.

GERARDVS NENNIVS, *Sledanus*

Compendium medicinæ, Res omnes medicæ curationi ſubjectas, tribus Claſſibus in Naturales, Nonnaturales, & Præter naturam vul-o diſtributas totidem tabulis quam breviſſime pertractans. Acceſſerunt Weckeri Syntaxi huc traductæ Tabulæ duæ, Σημειωτικὴν, & Θεραπευτικὴν tactas Nennio partes non minus docte, quam ſuccincte complexæ. Fra-keræ, apud Ægydium Radæum, 1588, in 4.

GERARDVS de SOLO, *Expoſitor cognomento, Patria Gallus. Medi-s exercitatiſſimus in curando: Gymnaſii Montis-Peſſulani Profeſſor egregius. Flo-it A. C. 1470. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Introductorum juvenum, ſc. de regimine corporis humani in morbis, conſimili, officiali, & communi. Libellus de Febribus ejuſdem. Com-entum ejuſdem ſuper nono Almanſoris cum textu. Commentum ejuſ-em ſuper Viatico cum textu. Venet. apud Oct. Scotum, 1505, 1520, in fol.

GERARDVS TOLETANVS, *Cremonenſis, Philoſophus & Medicus prime doctus. Vixit circa A. C. 1545. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Opera Abubetri Rhazis Latinitate donata. Baſileæ, apud Henric. etri, 1544, in fol.

GERARDVS ZVIHLIVS, *Bleydenſtadenſis*

De quibuſdam Puerorum affectibus Diſputatio. Extat Decade 1 iſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1618, in 4.

GERMANVS COVRTIN, *Pariſienſis*

Adverſus Paracelſi, de Tribus principiis, auro potabili, totaque py-otechnia, portentoſas opiniones, diſputatio. Pariſiis, apud Petrum Huillier, 1579, in 4.

GILBERTVS ANGLICVS

Compendium Medicinæ tam morborum univerſalium, quam parti-ilarium. Lugduni, apud Iacobum Saccon, 1510, in 4. Genevæ, apud ſaiam le Preux, 1608, in 4, & 12. titulo, Laurea Anglicana, ſive Com-endium totius Medicinæ.

GILBERTVS IACCHÆVS, *Scotus*

Inſtitutiones Medicæ. Lugd. Bat. apud Ioa. Maire, 1624, & 1631, in 12.

GILBERTVS LIMBORTH

De Acidulis, quæ ſunt in Sylva Arduenna juxta vicum Spa. Antverpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1559, in 4.

GILBERTVS LIMBVRGIVS

Conciliatio Avicennæ cum Hippocrate, & Galeno. Lugduni, apud Gryphium, 1541, in 4.

GILBERTVS PHILARETVS, *Limburgenſis*

Commentarius de Fontibus Ardennæ, & potiſſimum Spadanis Antverpiæ, apud Bellerum, 1559, in 8.

Conciliatio Avicennæ cum Hippocrate & Galeno. Lugduni, 1541.

Gerocomice, hoc eſt, ſenes rite educandi modus & ratio. Coloniæ apud Mart. Gymnicum, 1545, in 8.

Controverſiæ Medicæ.

GIRARDVS BOLDERIVS, *Veronenſis*

Opinio de minera Balneorum Calderianorum. Extat in Opere Veneto de Balneis, pag. 289.

GIRARDVS NOCITOSICVLVS

Expoſitio ſuper libro ſimplicium Medicinarum. Neapoli, apud Ioa. Antonium de Canuto, 1511, in 4.

GISBERTVS HORSTIVS, *Amſterodamus*

De Turpeto, & Thapſia libellus. Romæ, apud Ant. Baldum, 1544, in

GISBERTVS LONGOLIVS

Dialogus de Avibus, & earundem nominibus Græcis, Latinis, & Germanicis. Coloniæ, apud Ioa. Gymnicum, 1544, in 8.

GISBERTVS VOETIVS

Diſſertatio Epiſtolica de Vitæ termino, addita eſt ejuſdem diſputatio de peſte. Vltrajecti, 1641, in 8.

GIVSTINIANVS ARCELLA, *Neapolitanus*

De Ardore Vrinæ, & ſtillicidio, ac de Mictu ſanguinis non pur Opus. Patavii, apud Laurent. Paſquatum, 1568, in 8.

GODEFRIDVS MOEBIVS

Fundamenta Medicinæ Phyſiologica, in quibus Natura Medicinæ Temperamenti, Spirituum, necnon Conſtitutio Partium principaliu naturalis & præternaturalis, una cum earum uſu, ex Veterum & Recentiorum Sententiis ventilantur. Ienæ, apud Caſp. Freyſchmidium, 1657, in

De uſu Cordis. Ibid. 1654. in 4.

De uſu epatis & bilis. Ibid.

GODEFRIDVS STEECHIVS, *Amorfortius*

Ars Medica. Tota conſcripta Methodo diviſiva à Galeno diver locis propoſita, commendata, & exemplis illuſtrata: à recentioribus qu buſdam Clariſſimis inchoata, ſed à nemine hactenus abſoluta. Franco apud Claud. Marnium, 1606, in fol.

Deſcriptio Fontis Medicati Kiſſingenſis. Wirtzburgi, apud Geor Fleiſchmannum, 1595, in 8.

GODEFRIDVS VEREYCKEN, *Mechlinienſis*

De cognitione & conſervatione ſui. Mechliniæ, apud Henr. Iay 1625, 1633, in 8.

GODEFRIDVS SMOLLIVS

Manuale rerum admirabilium & abſtruſarum: continens venerandæ antiquitatis Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Ægyptiorum, Arabum, & Græcorum Philoſophorum, & Medicorum, Regum, & Principum, Gentilium, & Plebejorum Philoſophica & Medica principia: ſub idea ſimpliciter elementari, intellectuali, veræ jucunditatis philoſophicæ cauſa, ex liberalitate diverſorum auctorum, horis ſurreptitiis concepta, &c. Hamburgi, apud Frobenium, 1610, in 12.

Trias maritima: proponens per introductionum trium ægrotantium, ſororum morboſarum domeſticarum, hypochondriacæ ſpleneticæ, hypochondriacæ meſeraicæ, hypochondriacæ phantaſticæ ortum, & interitum. Ibidem, iiſdem anno, forma.

GODEFRIDVS VENDELINVS

Pluvia purpurea Bruxellenſis. Pariſiis, 1647, in 8.

GODEFRIDVS WELSCH, *Lipſienſis*

Rationale Vulnerum lethalium judicium, in quo de Vulnerum lethalium natura, & cauſſis, legitima eorumdem inſpectione, ac aliis circa hanc materiam ſcitu dignis juxta, quam neceſſariis, agitur. Lipſiæ, apud Ritzſchium, 1660, in 8.

GOMETIVS PEREIRA, *Methymna-Duellenſis*

Novæ veræque Medicinæ experimentis & evidentibus rationibus comprobatæ pars prima. Methymnæ Campi, 1554, in fol. Duelli, apud Franc. à Canto, 1558, in fol.

Antoniana Margarita de Immortalitate animæ. Ibid. 1554, in fol.

GRATIANVS

Epiſtolæ binæ de Lapide Philoſophorum, extant Decade II Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ, à Ioanne Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum. 1625, in 8.

GRATIVS

De Venatione liber unus. Lugduni, apud Gryphium, 1537, in 8.

GREGORIVS HORSTIVS, *Senior*

Opera Medica. Goudæ, apud Guilielmum vander Hoeve, 1661, in 4. Tomis tribus.

Continet autem primus,

Inſtitutiones medicas, & reliqua ſcripta theoricæ huc ſpectantia. Cum triplici indice, Diſputationum ſcilicet, Quæſtionum, ac Rerum verborumque.

Secundus,

Obſervationes & Epiſtol. medicinales in ordinem redactas & auctas.

Tertius,

Centuriam Problematum Therapeuticū, & alios tractatus.

Herbarium Horſtianum, ſeu de ſelectis Plantis & radicibus libri duo, olim Medicinæ Candidatis in Academia Iulia Anno MDLXXXVII à Celeberr. Med. Dom. D. Iacobo Horſtio p. m. propoſiti, in compendium redacti, pluribuſque ſimplicibus enumeratis ac declaratis aucti, ſuiſque Auditoribus ante multos annos in Academia communicati. Acceſſit Dn. D. Iacobi Horſtii Opuſculum de Vite vinifera. Marpurgi, apud Caſp. Chemlinum, 1630, in 8.

Decas Pharmaceuticarum Exercitationum: in qua de ſimplicium & compoſitorum medicamentorum natura, nec non eorundem Præparatione tam Galenica, quam Spagyrica, dextroque Vſu, compendioſe tractatur. Additis totidem caſibus ſpecialibus, in gratiam ſtudioſæ juventutis conſcripta, & in Academia Gieſſena propoſita. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1611, in 8. Vlmæ Suevorum, apud Ionam Saurium, 1618, 1628, in 4.

Centuria Problematum Medicorum θεραπευτικῶν, continens graviſſimorum affectuum cognitionem & curationem juxta principia Hippocratica, Galenica & Hermetica deductam. Noribergæ, apud Wolffgangum Endner, 1635, in 4. apud Vlmanum, 1636, in 4. editio nova multis additionibus aucta. Cui etiam acceſſit Conſultationum & Epiſtolarum Medicinalium de Re medica varia liber tertius. Wittebergæ, apud Clementem Bergerum, 1610, in 8.

De tuenda ſanitate. Addita ſunt ſelecta remedia ad pleroſque morbos, quibus ille uſus eſt, opera I. D. Horſtii. Marpurgi, apud Hæredes Chemlini, 1648, in 12.

De tuenda ſanitate ſtudioſorum, & literatorum libri duo. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1615, in 4. Ibid. eodem anno, & 1617, in 12. Marpurgi, typis Cheratinis, 1628, in 8. Ibid. 1648, in 12.

De Natura humana libri duo; quorum prior de Corporis ſtructura; poſterior de anima tractat, ultimo elaborati, Commentariis aucti, figuriſque novis Anatomicis ære inciſis exornati. Cum præfatione de Anatomia vitali, & mortua, &c. Francof. apud Eraſmum Kempferum, 1612, in 4. Witebergæ, apud Bergerum, 1607, in 8.

Anatome corporis humani menſe Octobri, 1617, inſtituta, memoriæ cauſa in gratiam Dnn. ſpectatorum tabula comprehenſa & ad librum primum de natura hominis accommodata. Gieſſæ, 1617, in fol.

De Cauſis ſimilitudinis, & diſſimilitudinis in fœtu, reſpectu Parentum, &c. Cui annexa eſt Reſolutio quæſtionis de diverſo partus tempore: imprimiſque quid de Septimeſtri & Octimeſtri partu ſentiendum. Gieſſæ, apud Caſpar. Chemlinum, 1619, in 4.

Medicarum Inſtitutionum compendium, diſputationibus univerſæ medicinæ delineationem, locis Hipp. & Galenicis utplurimum illuſtratam continens. Acceſſerunt Iacobi Horſtii Diſputationes Theoreticæ, & Practicæ. Witebergæ, apud Clem. Bergerum, 1609, cum Methodo medendi Ferneliana, 1630, in 8.

Fundamenta Medicinæ. Cum diſputationibus D. Iacobi Horſtii, & Methodo medendi Fernelii enucleata. Witebergæ; apud Andr. Hartmannum, 1654, in 8.

De Natura Thermarum diſſertatio. Giſſæ, 1618, in 4.

Febrium continuarum & malignarum Prognoſis, juxta textum Hippocraticum, in principio Coac. Prænot. cum breviſſimis ad eundem notis. Giſſæ, apud Nicol. Hampchi, 1622, in 4.

Inſtitutionum Phyſicarum lib. II. Norimbergæ, apud Wolfgang. Endterum, 1637, in 4.

De Natura motus animalis & voluntarii Exercitatio ſingularis, ex principiis Phyſicis, Medicis, Geometricis, & Architectonicis deducta. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1617, in 4.

Diſſer-

Diſſertatio de Natura Amoris : additis Reſolutionibus de cura furoris amatorii, de Philtris, atque de Pulſu amantium. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1611, in 4.

Diſſertationes tres : de Natura amoris, thermarum, & cauſis ſimilitudinis ac diſſimilitudinis in fœtu, reſpectu parentum. Quibus annexæ ſunt reſolutiones illuſtrium quarumdam quæſtionum medicarum. Marpurgi, apud Caſparem Chemlinum, 1642, in 4.

Σκέψις de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum : ubi ex caſu quodam admirando & ſingulari, duo problemata deducuntur, addita exercitatione de ſomno & ſomniis. Witebergæ, 1606, in 8. apud Clem. Bergerum, 1608, in 8.

Conciliator enucleatus : ſeu Differentiarum Philoſophicarum & Medicarum Petri Apponenſis Compendium. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1615, in 4. Ibid. 1621, in 8.

Εξετάσεων παθολογικῶν de Morbis, eorumque Cauſis liber, cum declaratione controverſiarum, in gratiam ſtudioſæ juventutis in Academia Gieſſena, per ſemeſtre vernale MDCXII propoſitus. Gieſſæ, apud Caſp. Chemlinum, 1612, in 4. Marpurgi, apud eundem, 1629, in 8. huic editioni acceſſerunt ejuſdem de Febribus cognoſcendis & curandis exercitationes.

Methodus medendiFerneliana, enucleata, & controverſiarum deciſionibus illuſtrata. Witebergæ, apud Bergerum, 1630, in 8.

Prognoſis Febrium potiſſimum continuarum & malignarum. Gieſſæ apud Hampelium, 1622, in 4.

Diſputationes Medicæ viginti, continentes univerſæ Medicinæ delineationem. Acceſſere Iacobi Horſtii diſputationes Catholicæ de rebus ſecundum & præter naturam. Wittebergæ, 1609, in 8.

Tractatus de Scorbuto, ſeu de Magnis Hipp. Lienibus, Pliniique Stomacace ac Scelotyrbe, in Acad. Gieſſena duabus exercitationibus publicis in gratiam diſcentium propoſitus. Gieſſæ, apud Nicol. Hampelium, 1609, in 4. Ibid. 1615, in 8.

Obſervationum medicinalium ſingularium libri quatuor priores. I, de Febribus. II, de Morbis capitis. III, de Morbis pectoris. IV, de Morbis viſcerum concoctionis. His acceſſit Epiſtolarum & Conſultationum Medicarum à Clariſſ. Germaniæ Medicis potiſſimum, & aliis communicatarum liber primus. Editio nova. Cui Auctuarium Pharmaceuticarum exercitationum, Galenicum & Spagyricum, recens additum. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1652, in 4.

Obſervationum medicinalium ſingularium libri quatuor poſteriores. I, de Morbis mulierum. II, de Morbis contagioſis & malignis. III, de Doloribus partium externarum. IV, de Chirurgicis quibuſdam caſibus. His acceſſit Epiſtolarum & Conſultationum medicinalium, à Clariſſ. Germaniæ Medicis potiſſimum & aliis cum Autore communicatarum liber ſecundus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1638, in 4.

Complementum ad librum ſecundum Epiſtolarum & Conſultationum medicinalium, continens IX ſuperſtites ſectiones, in prima editione omiſſas. Vlmæ, apud Henr. Eberkum, 1631, in 4. Heilbornæ, 1631, in 4.

De Natura Thermarum, &c. Cui annexa eſt Reſolutio quæſtionis de modo quo mineralium virtutes aquis ſubterraneis communicantur. Gieſſæ, apud Capſ. Chemlinum, 1618, in 4.

Epiſtolæ quædam Medicæ extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Epiſtola de abuſu Turundarum poſt extractionem Calculi, extat cum Lithotomia Veſicæ Guil. Fabr. Hildani. Baſileæ, apud Ludov. König, 1628, in 4.

Obſervatio de Iuvene XV annorum, qui dormiens è lecto ſurgit, ambulat, ac tandem per feneſtram ex cubiculo tertiæ contignationis domus altioris ad altitudinem XIV ulnarum decidit: ſed juvante divina gratia priſtinæ ſanitati reſtituitur, & à gravibus ſymptomatis liberatur. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Obſerv. Chirurgic. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8, pag. 336.

De Vulnere pectoris cum pulmonis læſione, Obſervatio. Extat cum ejuſdem Obſerv. Cent. III. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 161.

De Vrina per vomitum, itemque per alvum rejecta, Obſervationes. Extant Cent. V earundem Obſerv. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 147.

De pilis in internis partibus generatione, & affectu pilari puerorum, Epiſtola. Extat ibidem, pag. 163.

De Acidulis Schwalbacenſibus Epiſtola. Extat cum Reſponſis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 25.

Verſio, ex Gallico, Latina tractatus de Peſte Angeli Salæ. Marpurgi, apud Gaſp. Chemlinum, 1641, in 4.

GREGORIVS MARTINVS, *Suibus-Sileſius*

Commentatiuncula in libri, qui inſcribitur, De Chymicorum cum Ariſtotelicis & Galenicis conſenſu ac diſſenſu, Cap. XI: Quod eſt de Principiis Chymicorum. Tractationem quæſtionis, an Sulphur & Mercurius ſint prima perfecta mixta, & reliquorum perfecte mixtorum principia, novam perque utilem continens. Francof. ad Oderam, apud Frider. Hartmannum, 1621, in 8.

GREGORIVS MORELLVS

De Aquis medicatis Agri Patavini, & de cauſis qualitatum quæ eis inſunt, compendiolum. Patavii, apud Laur. Paſquatum, 1567, in 8.

GREGORIVS NYMMANVS, *VVittebergenſis*

De Apoplexia tractatus, in quo hujus graviſſimi morbi tum curatio, tum ab illo præſervatio perſpicue proponitur, clareque demonſtratur, illius mali cauſam non tam eſſe, ut vulgo docetur, nervorum obſtructionem, & ſpirituum animalium interceptionem, quam ductuum quorundam, cerebri ſpiritum vitalem vehentium præcluſionem, ejuſque inde dependentem ſubſidentiam. Witebergæ, apud Iobum Wilh. Fincelium, 1629, in 4.

Diſſertatio de Vita fœtus in utero, qua luculenter demonſtratur, infantem in utero non anima matris, ſed ſua ipſius vita vivere, propriaſque ſuas vitales actiones etiam in alvo materna exercere, & matre ex-

tincta,

tincta, ſæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi poſſe, adeoque à magiſtratu in bene conſtitutis rebuſp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exempta ſepeliatur, priuſquam ex ejus utero fœtus exciſus, vel ad minimum ſectione, an infans adhuc vivus, an vero mortuus ſit, exploratum fuerit. Witebergæ, apud Paulum Helwigium, 1628, in 4. Lugd. Batav. apud Dav. Lopez de Haro, 1644, in 12.

GREGORIVS NYSSENVS

De Hominis opificio, interprete Ioanne Leuenclajo. Baſileæ, apud Ioannem Operinum, 1567, in 8.

GREGORIVS QVECCIVS, *Altorphinus*

Anatomia Philologica, continens diſcurſus Philoſophicos de Nobilitate & præſtantia Hominis, contra iniquos conditionis humanæ æſtimatores. Lipſiæ, apud Samuel. Scheiben, 1654, in 4.

De Variolis & Morbillis Diſputatio. Extat Decade v Diſputat. quas collegit & edidit Baſileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

GREGORIVS de REGIO

De Capſicorum Indicorum varietate libellus. Extat cum Curis poſterioribus Caroli Cluſii, ab eodem ex Italico in Latinum converſus.

GRVMERVS IVDEX, *de Placentia*

Galeni de Plantis, ſeu Medicinis experimentatis & probatis de Arabico in Latinum tranſtulit.

GVALTERVS BRVELE

Praxis Medicinæ Theorica & Empirica familiariſſima: in qua pulcherrima dilucidiſſimaque ratione morborum internorum cognitio, eorumque curatio traditur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, & 1585, in fol. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1589, 1599, in 8. Venetiis, apud Ciottum, 1602, in 8. apud Ioa. Maire, 1628, in 8.

GVALTHERVS CHARLETON

Spiritus Gorgonicus, vi ſua ſaxipara exutus. Sive, de Cauſis, Signis, & Sanatione Lithiaſeos Diatriba. Lugduni Batav. apud Elzivirios, 1650, in 8.

Oeconomia animalis, novis in Medicina Hypotheſibus ſuperſtructa, & mechanice explicata. Londini, apud R. Danielis, & I. Redmannum. Amſtelædami, apud Ioa. Ravenſteyn, 1659, in 12.

GVALTERVS HERMANNVS RIIF, *Argentoratenſis, Medicus & Dioſcoridis Explanator. Claruit Moguntiæ circa A. C. 1539. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Pedacii Dioſcoridis Anazarbæi, de medicinali materia libri ſex, Ioanne Ruellio Sueſſionenſi interprete. Singulis cum ſtirpium tum animantium hiſtoriis, ad naturæ æmulationem expreſſis imaginibus, ſeu vivis picturis, ultra millenarium numeri adjectis: non ſine multiplici peregrinatione, ſumptu maximo, ſtudio atque diligentia ſingulari, ex diverſis regionibus conquiſitis. Additis etiam Annotationibus ſive Scholiis breviſſimis quidem, quæ tamen de Medicinali materia omnem controverſiam facile tollant, per Gualt. Rivium. Acceſſerunt Valerii Cordi Simeſuſii Annotationes doctiſſimæ in Dioſcoridis de Medica materia libros. Iudicium de herbis & Simplicibus Medicinæ: ac eorum quæ apud Medicos

dicos controvertuntur, explicatio. Herbarum nomenclaturæ, variarum gentium Dioſcoridi adſcriptæ, ſecundum literarum ordinem expoſitæ. Cum Indice quintuplici, omnium fere ſimplicium nomenclaturas Græcas, Latinas, Gallicas, Germanicas, & Curationes & Remedia morborum complectente. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1549, in fol.

Ioa. Baueri Conſilia de Re Medica recognita edidit.

Item Raymundi Lullii de Secretis Naturæ, ſeu Quinta Eſſentia.

De memoria artificiali quam memorativam artem vocant, opuſculum rarum ac inſigne, totius ejus negotii rationem, mira induſtria & brevitate complectens. Item de naturali memoria, quomodo medicinæ beneficio excitanda, augenda & confirmanda, Capitis & cerebri bona contemperatione roborationeque libellus. Argentinæ, apud Georgium Machæropœum, 1541, in 8.

Medicinæ Theoricæ & practicæ breve quidem, ſed doctiſſimum pariter ac opulentum Enchiridion totam rem mire eruditis, dilucidis ac ſuccinctis Aphoriſmis complectens, in rei Medicæ ſtudioſorum gratiam, ex doctiſſimorum virorum libris excerptum, & non ſine inſigni delectu congeſtum, non modo Medicis, verum & Chirurgis accommodum atque adeo neceſſarium. Quibus adjecimus A. Cornelii Celſi ſententias elegantiſſimas ex libris ipſius diligenter ſelectas. Argentorati, apud Georgium Meſſerſchmid, 1542, in 12.

Iatromathematicæ, hoc eſt, medicationis accommodatæ ad Aſtrologicam rationem Enchiridion, de Criſi, deque inveſtigatione & inventione dierum Criticorum, Indicativorum, Intercadentium, ſive provocativorum, & Vacuorum, rationali modo, & plane Aſtrologico. Cum canonibus aliquot; & multis aliis, futuro Medico admodum neceſſariis. Argentorati, apud Georg. Machæropœum, 1542, in 12.

GVERNERVS ROLFINCIVS

Diſſertationes Anatomicæ ad Circulationem accommodatæ. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1656, in 4.

Epitome Methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus, ſecundum ordinem Abubetri Rhazæ, ad Regem Manſorum libro novo, Hippocratis, Paracelſicis & Harveanis Principiis illuſtratæ & recognitæ. Ienæ, apud Ioh. Niſium. 1655, in 4.

Diſſertatio de Hepate, ex veterum & Recentiorum propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Georg. Sengenwaldium, 1653, in 4.

Diſſertatio de Corde, ex veterum & Recentiorum, propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Ioh. Niſium, 1654, in 4.

Methodus cognoſcendi & curandi Affectus Capitis particulares, qui Cerebro τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ inſidiantur, Hippocraticis, Paracelſicis, ac Harvejanis principiis illuſtrata, & diſſertationibus duodecim explanata. Ienæ, apud Ioa. Niſium 1653, in 4.

Methodus cognoſcendi, & curandi Febres, generalis, Hippocraticis, Paracelſicis, Harvejanis, & Helmontianis principiis illuſtrata. Ienæ, apud Samuel. Krebs, 1658, in 4.

GVIDO, *Bergomas*

De Balneis oppidi Bergomatis Tranſcheri. Bergomi, 1583, in 4, cum aliis ejuſdem argumenti.

GVIDO de CAVALCANTIBVS

De natura & motu amoris Venerei Cantio, cum enarratione Dini de Garbo. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol.

GVIDO de CAVLIACO, *Gallus, Chirurgus clariſſimus in Monte Peſſulano, cui Magiſter fuit Bertrutius. Claruit ſub Carolo* IV. *Imperatore. A. C.* 1353. *VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus Vrbani* V. *Pontificis. Claruit* 1363.

Chirurgiæ tractatus ſeptem. Cum Antidotario. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490, in fol. apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519: apud Iuntas, 1546, in fol. Cum Chirurgia Bruni, Theodorici, Rolandi, Lanfranci, Rogerii, Bertapaliæ. Venetiis, apud Simonem de Luere, 1499, in fol. Lugduni, 1572, in 8: apud Ioan. Cambray, 1518, in 4: apud hæred. Iacobi Iuntæ, 1569, in 8. Addita his Recepta aquæ Balnei de Porecta per Turam de Caſtello Bononienſem.

Chirurgia parvæ. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1500, in fol. cum Albucaſis Chirurgia.

GVIDO DESIDERIVS, *Delphinas*

Epitome Operis perquam utilis morbis curandis Valeſci de Taranta in ſeptem congeſta libros. Lugduni, apud Ioa. Tornæſium, 1560, in 8. Accedit Epitome Chirurgiæ ejuſdem.

GVIDO de MONTANOR

De Arte chymica libellus. Extat in Harmoniæ Chymico-Philoſophicæ decade prima, collecta ab Hermanno Condeeſyano, editaque Francof. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

GVIDO PANCIROLLVS

Rerum memorabilium ſive deperditarum pars, prior duobus commentariis illuſtrata & locis prope innumeris poſtremo aucta ab Henrico Salniath. Francofurti, 1646, in 4.

Nova reperta, id eſt res memorabiles recens inventæ & veteribus incognitæ. Ibid. in 4.

GVIDO PATINVS, *Bellovacus, Doctor Medicus Pariſienſis, & Profeſſor Regius.*

De Valetudine tuenda, per vitam vivendi normam, uſumque legitimum rerum ad bene ſalubriterque vivendum neceſſariarum. Extat pag. 341. Medici officioſi à Phil. Guiberto editi Pariſiis, apud Vid. Th. Pepingne, 1649, in 8.

Notæ in Nicolai Ellain tractatum de Peſte. Ibidem, pag. 485.

Notæ in Galeni librum de ſanguinis miſſione. Ibidem, pag. 538.

Quæſtio de Sobrietate. Pariſiis, 1647, in 4, & Medici officioſi p. 446.

An totus homo natura ſit morbus, ibid. 1644, in 4.

GVIDVS ANTONIVS ALBANESIVS, *Patavinus*

Aphoriſmorum Hippocratis expoſitio Peripatetica. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1649, in 4.

GVILHELMVS ADER

Enarrationes de Ægrotis, & Morbis in Euangelio. Opus in miraculorum

lorum Chriſti amplitudinem Eccleſiæ Chriſtianæ elimatum. Tholoſæ, apud Dominicum & Petrum Boſcios, 1620, & 1623, in 8.

De Peſtis Cognitione, Prævifione & Renediis. Toloſæ, 1628, in 8.

GVILHELMVS ADOLPHVS SCRIBONIVS, *Marpurgenſis*

Idea Medicinæ, ſecundum Logicas leges informandæ & deſcribendæ. Cui acceſſit, de inſpectione urinarum contra eos qui ex qualibet urina, de quolibet morbo judicare volunt. Item de Hydrope, de Podagra, & Dyſenteria, Phyſiologia corporis. Lemgoviæ, apud Conradum Grothenum, 1584, in 8. Baſileæ, apud Conr. Waldkirch, 1585, in 8.

De Sagarum natura & poteſtate, deque his recte cognoſcendis & puniendis Phyſiologia. Vbi de purgatione earum per aquam frigidam, contra Ioannem Ewichium in Republica Bremenſi, & Henricum Neuwaldum in Academia Helmæſtadienſi, Doctores Medicos & Profeſſores. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1588, in 8.

Petri Hiſpani Theſaurum Pauperum, cum adjuncto Theſauro Sanitatis Ioa. Litbauttii recognovit, & edidit. Francof. apud Egenolphum, 1578, in 8.

GVILHELMVS ANEPONYMVS

De Subſtantiis Phyſicis Dialogus. Argentorati, 1567, in 8.

GVILHELMVS d'ASSONVILLE

De Febre peſtilenti liber. Pariſiis, apud Renatum Aprilem, 1546, in 8.

GVILHELMVS ATHENIVS

Hieron. Mercurialis, Reſponſionum & Conſultationum Tomum IV edidit.

GVILHELMVS BALLONIVS, *Pariſienſis*

Conſiliorum medicinalium libri duo, à Iacobo Thevart, Authoris Pronepote, Scholiis nonnullis illuſtrati, digeſti, ac in lucem primum editi. Tomus primus. In quo pleraque continentur quæ & ad Morborum cognitionem, eorundemque curationem propoſitis Exemplis, & obſcurorum Hippocratis locorum intelligentiam pertinebant. Inter cætera elegantiſſimum & utiliſſimum eſt de Calculo Opuſculum. Pariſiis, apud Iacobum Queſnel, 1635, in 4.

Conſiliorum medicinalium Tomus Secundus. Pariſiis, apud eundem, 1636, in 4.

Conſiliorum medicinalium liber tertius & poſtremus. Pariſiis, apud eundem, 1649, in 4.

Epidemiorum & Ephemeridum libri duo, ſtudio & opera M. Iacobi Thevart, Medici Pariſienſis, digeſti, Scholiis aliquot illuſtrati & in lucem primum editi. Pariſiis, apud Iacobum Queſnel, 1640, in 4.

Adverſaria Medicinalia. Pariſiis, in 4.

Definitionum medicarum liber, in quo non ita in verbis ipſis laboratur, ut non potius rerum diſtinctiones proprietateſque exquirantur. Immo ſæpe data opera relicto ipſius diſputationis filo loci Hippocratis & Galeni obſcuri explicantur, ut commentarii ad inſtar eſſe poſſit. Studio & opera M. Iacobi Thevart, ordine alphabetico digeſtus & in lucem primum editus. Ibidem, 1639, in 4.

Com-

Commentarius in libellum Theophraſti de Vertigine. Editore M. Iacobo Thevart Doct. Medico Pariſienſi. Pariſiis, 1640, in 4.

De Convulſionibus libellus. In quo ſolennis quæſtio explicatur, Cur ſauciatis dextra capitis parte Convulſio ſanæ partis contingat. Eodem Thevartio editore. Vterque ibidem, 1640, in 4.

De Virginum & Mulierum morbis liber. In quo multa ad mentem Hippocratis explicantur, quæ & ad medendum & ad cognoſcendum pertinebunt. Ejuſdem Thevartii cura editus. Ibid. apud eumdem, 1643, in 4.

Opuſcula Medica, de Arthritide, de Calculo & Vrinarum hypoſtaſi. In quibus omnibus Galeni & Veterum auctoritas contra I. Fernelium defenditur. Eodem editore. Ibidem, 1643, in 4.

Liber de Rheumatiſmo & Pleuritide dorſali. Ejuſdem opera recognitus & in lucem editus. Ibidem, 1642, in 4.

GVILHELMVS van den BOSCH

Hiſtoria Medica: De Animalium Natura. Bruxellæ, 1639, in 4.

GVILHELMVS BRIXIENSIS, *Aggregator Medicus eruditus. Vixit A. C. 1472. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Ad unamquamque ægritudinem à capite ad pedes Practica. Ejuſdem de Febribus tractatus. De Peſte. De Conſilio obſervando tempore peſtilentiali: ac etiam de cura Peſtis tractatus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1508, in fol.

GVILHELMVS BVDÆVS, *Pariſienſis Philoſophus, & medicinæ artis, in utraque lingua, undicunque doctiſſimus, & diſertiſſimus. In maximo pretio habitus apud Franciſcum Valeſium, Regem Franciæ. Obiit A. C. 1540. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De curandis morbis articularibus liber. Pariſiis, in 8.

GVILHELMVS COPVS, *Baſilienſis, Erudítiſſimus Philoſophus & Medicus utraque lingua, Pariſiis & Baſileæ, ſub Ludovico* XII, *Gallorum Rege. Floruit circa A. C. 1506. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni, De Locis affectis Lib. VI. Latine expoſuit. Lugduni, 1549, in 12.

Item: Hippocratis Coi Lib. III. Præſagiorum. Ibid. 1550, in 12.

Item: Pauli Æginetæ, de Ratione Victus.

Galeni de morborum & Symptomatum cauſis & differentiis libri VI, Guilielmo Copo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

GVILHELMVS DAVIDSONIVS

Philoſophia Pyrotechnica ſeu Curriculi Chymiatrici partes IV. Pariſiis, 1635, in 8.

Prodromus commentationum in Petri Severini Ideam Medicinæ. Hagæ, 1660, in 4.

GVILHELMVS DVVALLIVS

Præfatio parænetica, in Phytologiam, ſeu Doctrinam de Plantis. Pariſiis, apud Ioa. Liberti, 1614, in 8.

Phytologia ſeu Philoſophia Plantarum. Pariſiis, 1647, in 8.

GVILHELMVS FABRICIVS HILDANVS

Opera obſervationum & curationum Medico-Chirurgicarum, quæ extant omnia. Francof. apud Ioan. Beyerum, 1646.

Elenchus librorum contentorum.

I. Obſervationum & curationum Chirurgicarum centuriæ ſex. p. I.
II. De Conſervanda valetudine: De Thermis Valleſianis, & Acidulis Grisbachienſibus Conſilium. pag. 635.
III. De Thermis Fabarienſibus, ſive Piperinis in Rhetia Epiſtola. pag. 655.
IV. De Dyſenteria liber unus. pag. 666.
V. De Lithotomia Veſicæ, liber unus. pag. 701.
VI. De Gangræna & Sphacelo. pag. 768.
VII. De Ichore & Meliceria Celſi. pag. 831.
VIII. Herniæ Vterinæ Hiſtoria Michaëlis Duringii, 893. cum Reſponſione ad ejus Epiſtolam, in qua varia de affectibus Vterinis, Extractione fœtus mortui, Mercurio & Antimonio. p. 898.
IX. De Combuſtionibus, quæ oleo, aqua fervida, ferro candenti, pulvere tormentario, fulmine, & quavis alia materia ignita fiunt, liber unus. pag. 917.
X. De Vulnere graviſſimo, à Sclopeti ictu, obſervatio, & curatio ſingularis, cum inſtrumentorum novorum adumbratione. p. 935.
XI. Tractatus de Sclopetaria curatione, Latine redditus, per Ioan. Henr. Cavalerum. p. 950.
XII. Epiſtolarum ad Amicos, Eorumque ad Autorem Centuria una. pag. 958.
XIII. Ciſta militaris: hoc eſt, Deſignatio præcipuorum Medicamentorum, inſtrumentorumque quibus Medicum & Chirurgum caſtrenſem inſtructum eſſe convenit. pag. 1034.

Conſilium: in quo de conſervanda valetudine: item, de Thermis Valleſianis, & Acidulis Griesbachcenſibus, earum facultatibus, & uſu ſuccincte agitur. Acceſſit Epiſtola ad D. Paulum Croquerum, in qua de Magiſtralibus quorundam Medicamentorum Compoſitionibus: de Extractione item Fœtus mortui; & de Thermis Piperinis, agitur; adjecta Thermarum illarum tabula gemina: quarum priore tractus terræ & vicina loca; poſteriore deſcenſus formidabilis, ipſarum aquarum calidarum ſcaturigo, hoſpitia, labra, & ſolia, totumque adeo antrum ſubterraneum novo conatu repræſentatur. Francof. apud Matt. Merianum, 1629, in 4.

Obſervationum & Curationum Centuriæ, nunc primum ſimul in unum opus congeſtæ, ac in duo volumina diſtributæ, ab Autore recognitæ, multiſque locis auctæ. In qua Editione, inſtrumenta quam plurima, in præcedentibus Editionibus inepte depicta, nunc ſingulari artificio ad vivum adumbrantur. Acceſſere ob materiæ ἀδελφίξιας, Marci Aurelii Severini, de Efficaci Medicina, libri tres. Lugduni, apud Ioan. Anton. Huguetan, 1641, in 4. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1646, in fol.

Vigintiquinque obſervationes ſelectiores Chirurgicæ, ut & de gangrena ac ſphacelo. Exſtant cum Practica Medica Dionyſii Fontanon. Francof. apud Ioh. Saurium, 1611, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria. In qua incluſæ ſunt viginti & quinque, antea ſeorſim editæ: reliquæ nunc cum nonnullis inſtrumentorum, ab autore inventorum delineationibus, in gratiam & utilitatem artis Chirurgicæ in lucem prodeunt. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8.

Obſe-

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria ſecunda. Epiſtolis nonnullis virorum doctiſſimorum, nec non inſtrumentis chirurgicis, ab autore inventis illuſtrata. Genevæ, apud Petrum & Iacobum Chouët, 1611, in 8.

Liber de Natura Seminis, traduci non-traduci ſubjunctus. In q[...] illa potiſſimum Controverſia, an Semen actu animatum ſit, ventilatur [...] negativa ex affirmantium hypotheſibus atque conceſſis probatur, ad[...] rumque objecta reſpondetur. Ienæ, apud Caſp. Freyſchmidium, 16[...] in 8.

IOANNES ZINCKIVS

De Criſibus commentarius. In quo de natura, proprietate, differen[...] tiis, ſpeciebus, utilitate, atque neceſſitate Criſeωn, & dierum criticoru[...] eorumque artificio; judicio, calculo, atque prognoſtico, ex motu Lu[...] cœlique aſpectibus cognoſcendo, agitur. Francof. apud Nicol. Baſſæu[...] 1609, in 12.

IOANNES ZOMERIVS

Conſilia quædam extant de Arthritide eo in opere, quod Henri[...] Garetius edidit Francof. apud Ioa. Wechelum, 1592, in 8.

IOANNES ZOZOMENVS

Fragmentum. Galeni Comment. in II lib. Epidem. Hippocratis [...] tine reddidit.

IOANNES ZWELFER

Pharmacopœia Auguſtana, & ejus Mantiſſa, cum Aniamadver[...] nibus. Viennæ, 1652, in fol. Annexa ejuſdem Autoris Pharmacop[...] Regia. Noribergæ, 1657, in fol. Roterodami, apud Arnoldum Le[...] 1653, in 8.

Appendix ad Animadverſiones ſuas, & Pharmacopœiam, ſeu [...] penſatorium novum, in qua obſcura explicantur, & notis perſpicuis i[...] ſtrantur. Nova inſuper, & ſecretiora Remedia adjiciuntur. Noribe[...] 1657, in fol. Goudæ, apud Guilhelmum van der Hoeve, 1658, in 8.

IOANNITIVS, *alias ab Humain*

Galeni, De motibus manifeſtis & obſcuris, ex Græco in Arabic[...] tranſtulit: Item, De Clyſteribus & Colica.

IO[...]

IODOCVS GREVERVS

Secretum & Alani Philoſophi dicta de Lapide Philoſophico. Item ...nonnulla ejuſdem materiæ, pleraque jam primum edita à Iuſto à Bal...n. Lugduni Batav. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1599, in 8. & ...lumine tertio Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum ...zznerum, 1613, in 8.

...ODOCVS HARCHIVS, *Montenſis*

De Cauſis contemptæ Medicinæ, lib. unus. Leodii, apud Gualthe...n Morberium, 1567, in 8.

Enchiridion medicum, ſimplicium pharmacorum, quæ in uſu ſunt, ...nenclaturam, hiſtoriam, facultatem, & uſum eleganti Poëmate com...hendens. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 8.

...ODOCVS LOMMIVS, *Buranus*

Medicinalium obſervationum libri tres. Quibus notæ morborum ...nium, & quæ de his poſſunt haberi præſagia judiciaque proponuntur. ...verpiæ, apud Plantinum, 1560, apud Guil. Sylvium, 1563, in 8. Fran...urt. apud Ioa. Davidem Zumerum, 1643, in 8.

Commentarii de Sanitate tuenda, in primum librum de Re medica A...elii Cornelii Celſi Medicorum Romanorum longe principis. Lova... apud Anton. Mariam Bergagne, 1558, in 8.

De curandis Febribus continuis liber, in quatuor diviſus ſectio..., quarum ſingulæ ſingulorum morbi temporum quæ totidem quoque ...numero remedia continent. Antverpiæ, apud Gulielmum Sylvium, ...3, in 8.

...ODOCVS WILLICHIVS, *Reſellianus Boruſſus, ex Diocæſi Varienſis ...opi, ſive Heylpergenſis, Artium & Medicinæ exercitatiſſimus Doctor, & Pro... Hippocratis Interpres fideliſſimus. Docuit in Academia Francophordiana an...7. Scribendo magnam authoritatem & gratiam ſibi comparavit. Extinctus eſt ...lexia fortiſſima A.C. 1552, ætatis 51. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Ars Magirica, hoc eſt, Coquinaria, de cibariis, ferculis, obſoniis, ...entis & potibus diverſis parandis, eorumque facultatibus. Huic acce... ...acobi Bifrontis Rhæti de Operibus Lactariis Epiſtola. Tiguri, apud ... Geſnerum, 1563, in 8.

Vrinarum probationes, illuſtratæ Scholiis medicis Hieronymi Reuſ... Leorini: in quibus principia ſolidæ Vroſcopiæ, ad ſolidæ Philoſophiæ ...es revocantur, multique Medicorum errores deteguntur, cum variis ...ularum delineationibus, & remediis ex urina deſumtis. Baſileæ, apud ...iſt. Henric-Petri, 1582, in 8.

Obſervationes Medicæ in libellum Lactantii Firmiani, qui de Opifi... Dei inſcribitur. Item Hippocratis libellus de Genitura. Iod. Willi... interprete. Francof. ad Oderam, 1542, in 8.

Problemata de Ebriorum Affectionibus, & moribus. Francof. apud ... Hanaw, 1543, in 8.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere, quod Ioannes Witti...s collegit & edidit Lipſiæ, apud Henningum Groſſium, 1604, in 4.

Commentarius Anatomicus, ſeu, Diligens omnium partium Cor...s Humani enumeratio. Item, Dialogus, de Locuſtis. Argentorati, ... Cratonem Mylium, 1544, in 8.

Collectanea decerpta ex magno opere abſconditorum ſapien[tiæ] Ioſephi del Medici Cretenſis. Francofurti, apud Schleich, 1636, in 4.
De locuſtis dialogus. Ibid. 1544, in 8.
IOLA HIERO, *Tarantinus*
Epiphanii, de XII Gemmis, quæ extant in Veſte Aaronis, La[tine] expoſuit.
IORDANVS BRVNVS, *Nolanus*
De Specierum ſcrutinio & lampade combinatoria Raymundi L[ulli] Doctoris Heremitæ omniſcii & prope divini. Pragæ, apud Georg. [Ni]grium, 1588, in 8.
IOSEPHVS de AROMATARIIS, *Aſſiſinas*
Diſputatio de Rabie contagioſa. Cui præpoſita eſt Epiſtola de [ge]neratione Plantarum ex ſeminibus, qua detegitur in vocatis ſeminibus contineri plantas vere confirmatas, ut dicunt, actu. Venetiis, apud [Ant.] Sarcinam, 1625, in 4. Francof. apud Guolphgangum Hofmannum, 165[.], in 4.
IOSEPHVS BVA
Tripus Delphicus. Neapoli, apud Scorrigium, 1635, in 4.
IOSEPHVS CASTALIO
De frigido & calido potu. Romæ, 1607, in 4.
IOSEPHVS à COSTA
De rebus novi orbis. Matriti, 16[..], in 4.
IOSEPHVS DONZELLIVS, *Medicus Neapolitanus*
Liber de Opobalſamo, additio Apologetica ad ſuam de Opobal[ſa]mo Orientali Synopſin. Neapoli, 1640.
IOSEPHVS GRVNBECKIVS, *Medicus & Secretarius Regis m[...] pretii. Vixit A. C. 1503. Iuſtus in Chronol. Medic.*
De Mentulagra, ſeu morbo regio liber. Venetiis, apud Scot[um], 1503, in 4.
IOSEPHVS LAVTENBACHIVS
Conſilia Medicinalia Præſtantiſſimorum Italiæ Medicorum; [item] ſeorſim Antonii Mariæ Venuſti Tergeſtinorum Med. De graviſſimis [hu]mani corporis malis curandis. Francofurti, apud Ioannem Sartori[um], 1605, in 4.
IOSEPHVS MICHELIVS, *Lucenſis*
Apologia Chymica adverſus invectivas Andreæ Libavii calumn[ia]s. Middelburgi, apud Richardum Schilders, 1597, in 8.
IOSEPHVS MILIVS, *Voltolinas*
De Hortorum cultura libri tres. Brixiæ, apud Vincentium Sabi[um], 1574, in 8.
IOSEPHVS PHAVORINVS à CLAVARIIS, *Fabrianenſis*
Medicarum Exercitationum liber. In quo φυσιολογικὴ, παθολογικὴ [ac] θεραπευτικὴ, inter alias ſummas Medicinæ partes explanantur; Res [tam] Naturales, & præter naturam, una cum recta eiſdem occurrendi Met[ho]do, juxta Principum Medicorum ſententiam, enodata veritate diſcuti[untur]. Camerini, apud Franc. Iojoſum, 1599, in 4.
Synopſis de Hominis exellentia, varia, & multiplici doctrina, lec[tio]ne, & eruditione referta, Philoſophica, Medica, & Chriſtiana. Pars [...]

in qua explicantur quatuor Naturæ gradus eorum omnium quæ ſunt, vetant, ſentiunt, & intelligunt; eorundemque cum homine facta comparatione decernitur in eſſentia, vita, ſenſu, & intellectu ſolum hominem excellentiſſimum eſſe, nihilque in Lapidibus, Plantis, Animalibus, & Mundo reperiri, quod in eo non ſit præſtantius, ſublimius, excellentius. Peruſiæ, apud Petruccios, 1606, 1607, in fol.

IOSEPHVS POMIVS, *Siculus*

De curandis Febribus putridis ars medica. Panormi, apud Ioan. Anton. Franciſcium, 1603, in 4.

Quando in Febribus putridis medicandum, Quæſtio Medica ad Hip. & Galeni mentem examinata. Ibidem, 1605, in 4.

IOSEPHVS QVERCETANVS, *Armeniacus*

De Priſcorum Philoſophorum veræ Medicinæ materia, præparationis modo, atque in curandis morbis præſtantia. Deque ſimplicium, & rerum ſignaturis tum externis, tum internis, ſeu ſpecificis, à priſcis & Hermeticis Philoſophis multa cura, ſingularique induſtria comparatis, atque introductis, duo tractatus. His acceſſerunt de Dogmaticorum Medicorum legitima, & reſtituta medicamentorum præparatione, libri duo. Itemque ſelecta quædam conſilia Medica. S.Gervaſii, apud hæredes Euſt. Vignon, 1603, in 8. Sub finem annectuntur Conſilia quatuor. I, De Arthritide & morbo ei affini, Calculo. II, De Nephritide. III, De Lue Venerea. IV, Pro Virgine morbo in immenſum complicato laborante. Genevæ, apud Ioh. Vignon, 1609, in 8.

Tetras graviſſimorum totius capitis affectuum; ex doctiſſ. Medicorum, tum Dogmaticorum, tum Hermeticorum, aſſiduis vigiliis, & accurata Theoriæ & Praxis obſervatione elucubrata, &c. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1608, 1609, 1617, in 8.

Peſtis Alexicacus, ſive Luis peſtiferæ fuga, auxiliaribus ſelectorum utriuſque Medicinæ remediorum copiis procurata. Pariſiis, apud Claud. Morellum, 1608. Ibidem, 1624, in 4. Lipſiæ, apud Barthol. Voight, 1609, 1615, in 8.

Sclopetarius, ſive de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictibus acciderunt, liber. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1576, 1600, in 8.

Pharmacopœa Dogmaticorum reſtituta, precioſis ſelectiſque Hermeticorum floribus illuſtrata. Gieſſæ Haſſorum, 1607, in 8. Pariſiis, apud Claudium Morellum, eodem anno in 4. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Francof. apud Io. Theob. Schönwetterum, 1607, in 4. Venetiis, apud Iacob. de Franciſcis, 1614, in 4. Addita eſt huic editioni Spagyrica mineralium, animalium, & vegetabilium, præparatione, & tractatio. Genevæ, apud Petrum Choüet, 1628, in 8.

Diæteticon Polyhiſtoricon, opus utique varium, magnæ utilitatis, delectationis, quod multa Hiſtorica, Philoſophica, & Medica, tam conſervandæ ſanitati, quam variis curandis morbis valde neceſſaria continet. Pariſiis, 1606, in 8. Lipſiæ, apud Thomam Schurerum, 1607, in 8. Ibidem, 1615, in 8. Francof. apud Io. Theob. Schönwetterum, 1607, in

Ad Iacobi Auberti Vindonis de Ortu & cauſis metallorum contra

 Chy-

Chymicos Explicationem brevis Reſponſio. Ejuſdem de Exquiſita Mi-neralium, Animalium & Vegetabilium medicamentorum Spagyrica præ-paratione & uſu, perſpicua Tractatio. Lugduni, apud Ioan. Lertoutium, 1576, 1600, in 8. & Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argen-torati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Ad veritatem Hermeticæ Medicinæ ex Hippocratis veterumque decretis ac Therapeuſi, nec non vivæ rerum anatomiæ exegeſi, ipſiuſque naturæ luce ſtabiliendam, adverſus cujuſdam Anonymi Phantaſmata Reſponſio. Lutetiæ, apud Claudium Morellum, 1603, 1604, in 8. Francof. apud Wolffgangum Richterum, 1605, in 8.

Ad brevem Riolani excurſum brevis incurſio. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1605, in 8.

Opera Medica: ſcilicet, ad Iac. Auberti Vindonis de Ortu & cauſis metallorum contra Chymicos explicationem brevis Reſponſio. De exquiſita Mineralium, Animalium, & Vegetabilium medicamentorum Spagyrica præparatione & uſu, perſpicua tractatio, Sclopetarius, ſive de curandis vulneribus, quæ Sclopetorum & ſimilium tormentorum ictum acciderunt liber. Antidotarium Spagyricum adverſus eoſdem ictus. Lugduni, apud Ioan. Lertout, 1600, in 8. Lipſiæ, apud Thom. Schurerum, 1614, in 8.

IOSEPHVS SCALIGER, *Iul. Cæſ. Fil.*

Caſtigationum in Hippocratis libellum de Vulneribus Capitis explicatio. Extat cum Franc. Vertuniani Commentario in eundem. Lutetiæ, apud Mamertum Patiſſonium, 1578, in 8.

Aſtrampſychi, Oneirocriticon, ſive Somniorum interpretatio correctum & caſtigatum, Græce & Latine. Pariſiis, 1599, in 8.

IOSEPHVS STRVTHIVS, *Poſnanienſis Polonus*

Ars Sphygmica, ſeu Pulſuum doctrina ſupra MCC annos perdita & deſiderata, omnibus tamen Medicinam cum nominis celebritate, maximaque utilitate facere volentibus ſumme neceſſaria, lib. V conſcripta. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 8. apud Ludovicum König, 1602, in 8. Huic acceſſit Hier. Capivaccei de Pulſibus elegans tractatus & Caſpari Bauhini Introductio Pulſuum Synopſin continens.

Galeni lib. III. de Criſibus interpretatus eſt.

IOSEPHVS STVBENDORFIVS

Obſervationes ad librum de Scorbuto Severini Eugaleni. Lipſiæ, apud Conradum Voigtum, 1604, in 8. Ienæ, 1624, in 8.

IOSEPHVS TECTANDER, *Cracovienſis*

Galeni adverſus Eraſiſtratum, & Eraſiſtrateos, qui Romæ degebant, libros Latine interpretatus eſt.

IOSEPHVS VALDANIVS, *Veronenſis*

De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus libellus. Brixiæ, apud Vinc. Sabienſem, 1570, in 4.

De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus liber ſecundus. Brixiæ, apud Vincentium Sabium, 1571, in 8.

De Miſtione Dialogi duo. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Duæ Quæſtiones Medicæ. Patavii, 1567, in 8.

IOSIAS

IOSIAS SIMLERVS
Vita Clariſſ. Phil. ac Med. Conradi Geſneri Tigurini. Item Epiſto-
Geſneri de libris à ſe editis. Et carmina complura in obitum ejus con-
ipta. His acceſſit Caſparis Wolphii Hypocheſis, ſive de Conr. Geſneri
pium hiſtoria ad Ioan. Cratonem S. Cæſ. Maj. Med. pollicitatio. Ti-
ri, apud Froſchoverum, 1566, in 4.

Vocabula rei nummariæ, ponderum, & menſurarum, Græca, Lati-
, Hebraica, Arabica: ex diverſis Authoribus collecta, & in ordinem
phabeticum diſpoſita. Extant cum Dom. Maſſarii de Ponderibus &
enſuris medicinalibus libris, à Gaſparo Wolphio editis, Tiguri, apud
oſchoverum, 1584, in 8.

Epitome Bibliothecæ Conradi Geſneri, conſcripta primum ab Con-
lo Lycoſthene, nunc denuo recognita & plus quam bis mille Autho-
n acceſſionibus locupletata. Tiguri, 1555, in fol.

IOSTRERIVS de IOSTRERIIS, *Baſſanenſis*
Admirationes Medicæ ex Doctrina Galeni, nec non & aliorum au-
rum; ſcilicet de Vſu veſicantium promiſcue in morbis omnibus: de
curbitulis affigendis importune: de Venæſectionis omiſſione: de Pur-
ione incongrua: de Victus ratione monſtroſa. Venetiis, apud Alto-
llum Salicatium, 1596, in 4.

IOSVEL ABRECH, *Hunepaius*
Ὀνειροκρίσιος liber novus, mirificus, & eruditione refertus, omnibuſ-
e iis, qui præſertim Medicinæ vel Philoſophiæ, adeoque ipſi ſapientiæ
eologicæ, vel ſaltem pietati ac timori Dei, ipſiuſque cognitioni ſtu-
nt, perquam utilis. In quo, videlicet, omne genus imagines cerebro
rmientium conceptæ evolvuntur, haudquaquam futili, ſed genuina ac
a, partimque ex arcanarum Scripturarum fontibus hauſta, partim ve-
ex veterum probatiſſimorumque Medicorum vel Philoſophorum ſcri-
s deprompta, partim denique ſagaci atque omnino fida ipſius autoris
egeſi. Cum præfixa inſtructione de variis ſomniorum generibus, eo-
ndemque definitionibus, cauſis ac circumſtantiis, ſimulque de legitima
a interpretationum ratione. Tremoniæ, apud Arnoldum Weſtho-
m, 1607, in 8.

IOVITA RAPITIVS
De Balneis, ſeu Thermis quæ ad Timavi oſtia ſunt. Extat Operis
neti de Balneis pag. 307.

IRENÆVS AGNOSTVS
Vindiciæ Rhodoſtauroticæ. 1619, in 8.

ISAAC *Iſraëlita, Salomonis Arabiæ Regis Filius adoptivus. Vixit A. C. 660. reau de V. S. in Pleurit. Secundum Iuſtum in Chronol. Medic. Vixit A. C. cir- r* 1158.

Omnia opera in hoc volumine contenta: cum quibuſdam aliis opu-
ſculis: ſcilicet,

b. de Definitionibus.
b. de Elementis.
b. Diætarum univerſalium: cum Commento Petri Hiſpani.
b. Diætarum particularium: cum Commento ejuſdem.
Lib. de Vrinis: cum Commento ejuſdem.
Lib. de Febribus.
Pantechni decem lib. Theorices: &

decem Practices : cum tractatu de Gradibus Medicinarum Conſtantini.
Viaticum Iſaac, quod Conſtantinus ſibi attribuit.
Lib. de Oculis Conſtantini.
Lib. de Stomacho Conſtantini.
Lib. virtutum de ſimplici medicina Conſtantini.
Compendium megatechni Galeni, Conſtantino compoſitum.
Lib. de Oblivione Conſtantini. Cum tabula & repertorio omnium operum & quæſtionum in commentis contentarum. Lugduni, apud Bartholomæum Tro... 1515, in fol.

De Diætis univerſalibus & particularibus libri II, hoc eſt, De victus ſalubris ratione, & alimentorum facultatibus, quinque Tractatus. Superiori ſæculo ex Arabica lingua in Latinam converſi, nunc vero opera Ioannis Poſthii Germersheimii ſedulo caſtigati, & in lucem editi. Baſileæ, apud Sixtum Henric-Petri, 1571, in 4, 1577, in 8. Antverpiæ, apud B...lerum, 1607, 1608, in 8.

De Febribus liber. Extat Operis Veneti de Febribus pag. 118, 13...

ISAACVS CASAVBONVS

Animadverſionum in Athenæi Dipnoſophiſtas libri xv. Opus præclarum, quo non ſolum Athenæi libri quindecim κατ᾽ πόδα recenſentur, illuſtrantur, emendantur: verum etiam multorum aliorum ſcriptorum loci multi qua explicantur, qua corriguntur. Heidelbergæ, apud Commelinum, 1597, in fol. apud Chouëtum, 1600, in fol. Lugduni, apud Viduam Ant. de Harſy, & Petrum Ravaud, 1621, in fol.

ISAACVS CATTIER, *Pariſienſis*

De Rheumatiſmo Diſſertatio. De ejus natura & curatione. Simul ex occaſione, de natura Doloris, intricatiſſima perſpicue enodantur, noviſque obſervationibus illuſtrantur. Pariſiis, apud Viduam Petit, 165., in 8.

ISAACVS IOVBERTVS

Interpretatio dictionum D. Guidonis de Cauliaco, cum figuris inſtrumentorum Chirurgicorum in ejus opere memoratorum: mutuatis plurimum ex operibus Domini Paræi. Extat cum Chirurgia magna Guidonis à patre Laur. Iouberto reſtituta. Lugduni, apud Symph. Beraud, & Steph. Michaëlem, 1585, in 8.

ISAACVS SCHALLER

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wilchius collegit & edidit Francof. apud Henningum Groſſium, 1604, in... & in illo volumine quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ISBRANDVS de DIEMERBROECK, *Montfurto-Trajectinus*

De Peſte, libri quatuor. Arenaci, apud Ioa. Iacobi, 1646, in 4.

ISOARDVS GVIGONIVS

Autopſiomma: cum ejuſdem Oculi actionibus, & utilitatibus. Taurini, apud FF. de Cavaleriis, 1629, in 4.

ISMAEL BVLLIALDVS, *Iuliodumenſis*

De Natura Lucis. Pariſiis, apud Ludov. de Heuqueville, 1638, in...

ISRAEL HARVETVS, *Aurelianenſis*

Demonſtratio veritatis doctrinæ Chymicæ. Adverſus Ioa. Riolani Co-

mparationem veteris Medicinæ cum nova , Hippocraticæ cum Her-
tica , Dogmaticæ cum Spagyrica. Hanoviæ , apud Claud. Marnium, 595, in 8.

SRAEL SPACHIVS, *Argentinenſis*

Nomenclator Scriptorum Græcorum , Arabum , Latinorum Vete- & recentium Medicorum : hoc eſt, Elenchus eorum, qui artem Me- am ſuis ſcriptis illuſtrarunt , ſecundum locos communes ipſius Medi- æ. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1591, in 8. Cum Imaginibus neceſ- is. Argentinæ,apud Lazarum Zetznerum, 1597, in fol.

Gynæciorum libri , additis , de iiſdem , aliorum , quotquot extant, is, denuo recogniti , emendati , neceſſariis imaginibus exornati , & imorum ſcriptorum auctoritatibus illuſtrati. Argentinæ , apud Lazar. znerum, 1597, in fol.

Continentur autem ſequentes Autores :

1. elicis Plateri,de Mulierum Partibus Generationi dicatis.
2. Moſchionis,de Paſſionibus muliebribus.
3. Cleopatræ Moſchionis Priſciani, & incerti cujuſdam muliebrium libri,in unam Harmoniam redacti per Gaſparum Wolffium.
4. Trotulæ , ſeu Protis Medici Liberti Iuliæ liber.
5. Nicolai Rochei,de Morbis mulierum curandis.
6. Ludovici Bonaccioli Enneas muliebris.
7. Iac. Sylvii , de Menſibus muliebribus.
8. Ioh. Ruffi , de Conceptu & Generatione Hominis.
9. Hieron. Mercurialis de Morbis muliebribus.
10. Ioan. Baptiſt. Montani , de Affectibus uterinis.
11. Vict. Trincavellii Conſilia muliebria.
12. Alberti Bottoni , de Morbis muliebribus.
13. Ioan. le Bon Therapia Puerperarum.
14. Ambroſ.Paræi de Hominis generatione.
15. Albucaſis de Morbis muliebribus.
16. Franciſci Rouſſeti de Partu Cæſario.
17. Lithopedii Senonenſis Icon.
18. Gaſpar. Bauhini de Partu Cæſario.
19. Mauric. Cordæi Commentarii , in lib. priorem Hippocr. de muliebribus.
20. Martini Akakiæ de Morbis muliebribus.
21. Ludov. Mercati Gynæciorum lib. IV.

Hiſtoria Aromatum , fructuum & ſimplicium aliquot Medicamen- m ex India utraque orientali & occidentali in Europam delatorum. ntinæ, 1601, in 8.

Themata Medica de Animæ facultatibus. Argentorati, 1591, in 4.

LIVS ab ÆTSEMA, *Friſius*

Tractatus de Peſte. Hanoviæ, 1611, in 8.

LIVS ALEXANDRINVS, *à Neuſtain,Præſtantiſſimus Medicus. Vi- rca A. C. 1556. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Medicina, & Medico, Dialogus, libris quinque diſtinctus. Tigu- ud Andr. Geſnerum, 1557, in 4.

Salubrium, ſive de ſanitate tuenda,libri triginta tres. Coloniæ, apud inum Colenium, 1575, in fol.

In Galeni præcipua ſcripta Annotationes, quæ Commentarioru loco eſſe poſſunt. Acceſſit trita illa de Theriaca quæſtio. Baſileæ, apu Petrum Pernam, 1581, in fol.

Pædotrophia, Carmine. Tiguri, apud Froſchoverum, 1559, in 8

Antargenterica pro Galeno. Venetiis, apud Zalberium, 1552, in 4

Antargentericorum ſuorum adverſus Galeni calumniatores defe ſio. Venetiis, apud Zalberium, 1564, in 4.

Epiſtola Apologetica ad Remb. Dodonæum. Francof. apud W chelos, 1584, in 8.

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum de Animadverſionibus qu buſdam in Galenum: De expurgatione vomicæ pulmonis: De Autore bri, de Theriaca ad Piſonem. Extat lib. I Epiſt. Matth. pag. 20.

Epiſtola ad Andream Camutium, qua agitur de quatuor dubiis: An in intermittente tertiana altera die ſanguis mittendus. II, An ſangu in bilioſo maxime abundet. III, An in declinatione ratione imminens alterius morbi, mori quis poſſit. IV, An piper ad jecur perveniat. Extat cum Andr. Camutii Excuſſione præcipui morbi nempe Cordis palpi tionis Maximiliani II, Cæſaris. Florentiæ, apud Georg. Mareſcottu 1580, in 4.

Enantiomatωn ſexaginta quatuor Galeni liber. Item Galeni Enc mium. Venetiis, apud Zalberium, 1548, in 8.

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius e dit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Interpretatio Actuarii Iohannis, de Affectionibus, & Actionibus S ritus Animalis. Extat cum ejuſdem lib. VI Methodi medendi, quos e dit Conr. Henr. Matthiſius. Venetiis, 1554, in 4.

IVLIVS CÆSAR ARANTIVS, *Bononienſis*

De Humano Fœtu liber. Ejuſdem Anatomicarum Obſervation liber. Ac de Tumoribus ſecundum locos affectos liber. Venetiis, ap Barthol. Carampellum, 1595, in 4. apud Iac. Brechtanum, 1587, in Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1579, in 8. de Humano fœtu lib opera Laur. Scholzii ſeorſim prodiit.

In Hippocratis librum de Vulneribus capitis Commentarius b vis, ex ejuſdem lectionibus collectus, per Claudium Porralium Lug nenſem, una cum ejuſdem Annotatiunculis marginalibus. Lugduni, ap Ludov. Cloquemin, 1580, in 8. Lugd. Batav. apud Ioan. Maire, 16 in 12. & 1641, in 12.

Conſilia & Epiſtolæ Medicæ extant eo in opere, quod Lauren Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Ha noviæ, 1610, in fol.

IVLIVS CÆSAR BARICELLVS, *à S. Marco*

De Hydronoſa Natura, ſive ſudore humani corporis libri quat In quibus non ſolum de origine, differentiis, & præſagio: verum atque uſu, apparatu, & curatione ſudorum diſſeritur. Neapoli, apud Laza Scoriggium, 1614, in 4.

Hortulus genialis: ſive Arcanorum valde admirabilium tam in Medica, quam reliqua Philoſophia, Compendium, curioſis Naturæ ſ tatoribus lectu tam utile, quam jucundum. Coloniæ, apud Matth. Sm 16

20, in 12. Genevæ, apud Philippum Albert, 1620, in 16. huic editioni ceſſit Arnoldi Freitagii liber de Eſculentorum potulentorumque facultatibus.

De lactis, ſeri & butyri facultatibus & uſu opuſcula cum jucunda n utilia. In quibus plæraque præter Medicorum communium opinion notatu digna examinantur. Acceſſit in fine de Chymico butyro non itilis conventus. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, 1603, 1623, 4.

IVLIVS CÆSAR BENEDICTVS, *à Guelfalione Aquilanus*

De Pepaſmo, ſeu Coctione Quæſtiones ad mentem Hippocratis. uilæ, apud Franc. Marinum, 1636, in 8.

Conſultationum medicinalium opus utile, jucundum, neceſſarium, edicorum principum tutela, Dogmatum varietate, & ordinata morbon omnium curatione. Venetiis, apud Bertanos, 1650, in 4.

Epiſtolarum medicinalium libri decem, recondita Hippocratis doina ſingularique Eruditione referti. Opus non minus Theoriæ quam axi neceſſarium. Romæ, apud Andr. Phæum, 1649, in 4.

De loco in Pleuritide, Romæ, 1644, in 8.

IVLIVS CÆSAR BVLENGERVS

De Conviviis libri quatuor. Lugduni, apud Ludov. Proſt, 1627, 8.

De pictura, plaſtice, ſtatuaria. Lugduni, 1627, in 8.

De Ludis privatis ac domeſticis Veterum. Ibidem, 1627, in 8.

IVLIVS CÆSAR CLAVDINVS, *Bononienſis*

Quæſtio de Sede facultatum principum. Baſileæ, apud Ioa. Iac. Genhium, 1617, in 4. Pariſiis, apud Gaſp. Meturas, 1647, in 4. cum Aut. Buccii Diſput. de Princ. part. & ἐπικρίσει Gaſp. Hoffmanni.

De Ingreſſu ad infirmos libri duo. In quibus Medici omne, ex teme Medicinam facturi munus, ſive per ſe curet, ſive cum aliis de curanconſultet, accuratiſſime, tanquam in tabula, delineatum continetur. ceſſit Appendix de Remediis generoſioribus. Adjecta eſt coronidis o Quæſtio Philoſophico-Medica de ſede principum facultatum. Bono, apud Ioan. Bapt. Bellagambam, 1612, in 4. & addito tractatu de fibus & Diebus criticis. Venetiis, apud Donatum Paſquardum, 1628, . Baſileæ, apud Ioh. Iac. Genathium, 1641, in 8.

Tractatus de Natura & uſu Lactis & Seri. Thermarum. Lutorum. earum. Stuffarum. Guajaci ligni. Saſſafras. Salſæ Parilliæ. Chinæ rais. Vini medicati. Chalybis. Stillicidiorum. Balnei aquæ dulcis tepidi. dicamentorum ex Viperis. Collegit hos Ioſephus Lautenbachius, ditque cum Conſiliis Medicinalibus præſtantiſſ. Italiæ Medicorum, Antonii Mariæ Venuſti. Francofurti, apud Wolfgangum Richterum, 5, in 4.

Reſponſionum & Conſultationum medicinalium tomus. Venetiis, d Societatem, 1606, in fol. Francof. apud Lazar. Zetznerum, 1607, . Venetiis, apud Societatem, 1607, in fol. apud Bertanos, 1646, in cui addita eſt Exercitatio de Vltimo corporis alimento Florii Berdi.

De Criſibus & Diebus Criticis tractatus: in quo cum de cæteris omni-

omnibus, quæ ad horum pertinent cognitionem, tum de cauſis præcipu accurate juxta, & ordine diſſeritur. Bononiæ, apud Barthol. Cochiun 1612, in fol. Baſileæ, apud Ioa. Iac. Genathium, 1620, in 8.

De Catarrho tractatus. In quo, quæcunque ad mali hujus, ſive co gnitionem, ſive curationem pertinent, exacte juxta, & breviter enoda tur. Bononiæ, apud Victorium Benatium, 1612, in fol.

Conſilium de Gonagra & Podagra, extat eo in opere quod Ioſe phus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium 1605, in 4, pag. 319.

Empirica rationalis libris ſex abſoluta, & in duo volumina diviſ In quorum primo univerſi Corporis humani Affectus, penes totum, partes: in altero vero penes ſpeciem, individuum, ætates, cauſas mani feſtas, reconditasque ſive Practicis omnibus noti, aut prolapſi, ſive no & peregrini, rationabiliter, & abſolutiſſime curantur. Cui, ut facilio negotio Medicinam facientes, quicquid in Opere continetur, invenian præter annotationes in margine, geminus acceſſit Index Io. Caroli Ma theſiani. Bononiæ, apud Iacob. Montium, 1653, in fol.

Quæſtio de ſede facultatum principum, extat cum Caſpari Ho manni opuſculis Medicis. Pariſiis, 1647, in 4.

IVLIVS CÆSAR RECVPITVS

De incendio Veſuviano Nuntius. Neapoli, 1633, in 8.

IVLIVS CÆSAR SCALIGER, *Doctrinæ illud Dæmonium. Flor A. C. 1538. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Commentarii in Hippocratis librum de Inſomniis: adjecto tex Latine, ab eodem converſo. Lugduni, apud Gryphium, 1538, in fo apud Antonium Vincentium, 1561, in fol. cum libris Poëtices. Gieſſ apud Chemlinum, 1610, in 8. Amſtelædami, apud Ioan. Ravenſtein, 165 in 12.

Commentarii, & Animadverſiones in ſex libros de Cauſis Plant rum Theophraſti. Genevæ, apud Ioan. Criſpinum, 1566, in fol. Lugd ni, apud Anton. de Harſy, 1586, in fol.

Animadverſiones in Hiſtorias Theophraſti. Lugduni, apud Ioa Iac. Iuntæ F. 1584, in 8. Cum Roberti Conſtantini ad eoſdem Annot tionibus.

In libros de Plantis Ariſtoteli inſcriptos, Commentarii. Luteti apud Michaëlem Vaſcoſanum, 1556, in 8. 1619, in fol. Lugduni, apu Gul. Rovillium, 1566, in fol.

Ariſtotelis Hiſtoria de Animalibus. Iul. Cæſ. Scal. interprete, cu ejuſdem Commentariis. Philippus Iacobus Mauſſacus Conſil. Regius Bibliotheca paterna opus à multis abhinc annis expetitum primus vu gavit, & reſtituit, additis Prolegomenis & Animadverſionibus. Acce Fragmentum quod Decimus hiſtoriarum inſcribitur, multo quam ant emendatius & auctius. Toloſæ, apud Raymundum Colomerium, 161 in fol.

Commentarii in Ariſtotelis librum, qui Decimus hiſtoriarum inſc bitur. Lugduni, apud Ant. de Harſy, 1584, in 8.

De Subtilitate libri viginti unus. Baſil. apud Henricum Petri, 156 in fol. Lutetiæ, apud Mich. Vaſcoſanum, 1557, in 4. Hanoviæ, 1634, in

Diſp

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeris, an novem menſium? Extat Operum Iacobi Sylvii parte VI. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Choüet, 1630, in fol.

Electa Scaligeræa, hoc eſt, Sententiæ, Præcepta, Definitiones, Axiomata, ex univerſis illius Operibus ſelecta, & per certas Locorum Communium Claſſes diſpoſita. Hanoviæ, apud Wechelianos, 1634.

IVLIVS CÆSAR VANNINVS, *Neapolitanus*

De Admirandis Naturæ, Reginæ, Deæque mortalium arcanis libri quatuor. Lutetiæ Pariſiorum, apud Adrianum Perier, 1616, in 8.

IVLIVS CASSERIVS, *Placentinus*

Pentæstheſeion, hoc eſt, de Quinque Senſibus Liber, Organorum fabricam variis Iconibus fideliter ære inciſis illuſtratam, nec non actionem & uſum, diſcurſu Anatomico & Philoſophico accurate explicata continens. Venetiis, apud Nicol. Miſſerinum, 1609, in regali fol. Francof. apud hæredes Baſſæi, 1609, 1610, 1622, in fol.

De Vocis Audituſque Organis Hiſtoria Anatomica, ſingulari fide, methodo, ac induſtria concinnata, tractatibus duobus explicata, ac variis Iconibus ære excuſis illuſtrata. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1600, in regali fol. Venetiis, 1601, in fol.

Tabulæ Anatomicæ LXXVIII, omnes novæ nec antehac viſæ. Daniel Bucretius Vratiſlavienſis, XX, quæ deerant ſupplevit, & omnium explicationes addidit. Venetiis, apud Euangeliſtam Deuchinum, 1627, in fol. cum Adriani Spiegelii Anatomia. Francof. apud Matthæum Merianum, 1633, in 4.

IVLIVS CINVS, *Colenſis*

Epiſtola Apologetica contra Vincentium Cibum Fulginatem Medicum Clariſſ. De Erroribus in cura Tertianæ commiſſis, unde æger mortuus eſt. Extat tomo I Epiſtol. Horatii Augenii, lib. IX, Epiſt. II, pag. 9, edit. Francofurtenſis.

IVLIVS CLEMENS, *Scotus*

Opuſcula aliquot. Patavii, 1650, in 4.

IVLIVS DELPHINVS, *Ticinenſis*

In III Galeni artis Medicinalis librum Explanatio. Ejuſdem de ratione medicamentorum præſcribendorum liber. Venetiis, apud Ioa. Franc. Camotium, 1557, in 4.

Quæſtiones medicinales. Quarum I, De Thermarum uſu. II, De arteriis. III, De quatuor morborum temporibus. IV, Quonam pacto trahatur humor à medicamento, & nutrimentum à membro. V, De Febri hectica. VI, De Spiritibus. VII, De Influxibus cæleſtibus. VIII, De Facultatibus principibus animæ. Venetiis, apud Ioan. Franc. Camotium, 1559, in 8.

Conſilium quod una cum Ioan. Andrea Cellanova, & Bernardino Paterno illuſtriſſ. viro Ferdinando Gonzagæ de Luto, quod eſt apud aquas Statiellorum, Aquenſes vulgo nominant, dedit. Extat pag. 303 Operis Iunti de Balneis.

IVLIVS GVASTAVINVS, *Genuenſis Patritius, Anteceſſor in Piſano Gymnaſio. Vixit A. C. 1614. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Locorum de Medicina ſelectorum liber. Lugd. apud Horat. Cardon, 1616, in 4.

Loco.

Locorum de Medicina ſelectorum liber alter. Florentiæ, apud Sammartellium, 1625, in 4.

Commentarii in priores decem Ariſtotelis Problematum ſection. Lugduni, apud Horat. Cardon, 1608, in fol.

IVLIVS IASOLINVS

Quæſtiones Anatomicæ & Oſteologia parva. Hanoviæ, 1654, in 4.

IVLIVS MANTINVS

Hieron. Mercurialis, De Decoratione Librum, in capita redactu edidit.

IVLIVS MARTIANVS, *Rota*

Galeni: An ſanguis in Arteriis natura contineatur, interpretatus e. Item, De Præcognitione librum ad Poſthumum. De ſubſtitutis Medinis. De Purgantium medicamentorum facultate, lib. Quos purgare conveniat, Quibus medicamentis, & Quo tempore. De Theriaca ad Pinem. De Vſu Theriacæ ad Pamphilianum. De Antidotis lib. II. Commentaria in VII lib. Aphoriſmorum Hippocratis. De Hiſtoria Philophica. De Melancholia, ex Galeno, Ruffo, & Poſidonio, caput nonu libri ſexti Aëtii interpretatus eſt.

IVLIVS MILLVS

Arcana Opera Naturæ. Venetiis, 1654, in 4.

IVLIVS PALAMEDES, *Adrienſis*

Index in Avicennæ libros nuper Venetiis editos. Qui ſane novo quidam ordine commoditatis & utilitatis pleno, adeo contextus eſt, ut ni fere melius deſiderari queat. Nam præterquam quod dicta omnia, ſententiaſque auctoris, toto ſparſas opere, per ipſum facile licet intue illud etiam animadverſum eſt, ut non tantum Simplicia medicamenta cujus ſint qualitatis, uno intuitu pateant: ſed quæ tum Simplicia, tum Compoſita, ſingulis humani corporis affectibus ſubveniant, diligentiſſime collecta, ſuiſque locis inſerta, conſpiciantur, ut facilimum ſit unicuique, quæ in rem ſuam faciunt, ſeligere atque adhibere. Venetiis, apud Iuntas, 1584, in fol.

IVLIVS PALMARIVS, *Conſtantinus*

De Morbis Contagioſis libri ſeptem. Lutetiæ, apud Dionyſ. Val, 1578, in 4. Francof. apud Claud. Marnium, 1601, in 8.

IVLIVS POLLVX, *Naucratita*

Onomaſticon. Cujus varia capita ad illuſtrandam rem Medicam faciunt. Græce. Venetiis, apud Aldum, 1502, in fol. Florentiæ, apud Bernardum Iuntam, 1520, in fol. Baſileæ, apud Rob. Winter, 1536, in f. à Ioanne Oporino diligenter emendatum. Cum præfatione Simonis Grynæi Græcolatina. Ex Mss. codd. Bibliothecarum Palatinæ atque Auguſtanæ; variis item doctorum virorum lucubrationibus quanta fieri pot diligentia emendatum; ſuppletum quoque nonnullibi, & illuſtratum: adjecta interpretatione Latina Rodolphi Gualtheri, locis quampluri melior facta: indices etiam novi prioribus locupletiores; & Notæ. Studio & opera Wolfgangi Seberi Sulani. Francof. apud Claud. Marniu, & hæredes Aubrii, 1608, in 4.

IVLIVS POMPONIVS FORTVNATVS

Interpretatio in Hortum Columellæ. Cui annotationes viroru il-

ſtrium, Bapt. Pii, & Phil. Beroaldi, & aliquot aliorum ſunt adje-
e. Extat cum Libris de Re ruſtica Catonis, Varronis, Columellæ,
lladii. Lutetiæ, apud Ioan. Parvum, & Galeotum à Prato, 1533,
fol.

IVLIVS PAVLVS CRASSVS, *Patavinus*

Mortis repentinæ examen, cum brevi methodo præſagiendi & præ-
vendi omnes quæ ſubeunt ejus periculum. Mutinæ, 1612, in 8.

Meditationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, ab eo,
rnardino Tauriſano, & Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Col-
io ad id ſelectis, accuratiſſime elucubratæ, & ab eodem Collegio con-
natæ. Venetiis, apud Paul. & Anton. Majetos, 1576, in 4.

Quæſtiones naturales & Medicæ. Extant cum Medicis antiquis
æcis Aretæo, Palladio, Ruffo, Theophilo, ab ſe editis, Baſileæ,
d Petrum Pernam, 1581, in 4.

Aretæi Cappadocis lib. VIII. de Acutorum & Diuturnorum mor-
rum cauſis & ſignis, atque eorundem cautione, in Latinum, ex Græ-
tranſtulit. Extat inter Medicæ artis Principes. Pariſiis, apud Henr.
phanum, 1567, in fol.

Galeni de optima Secta ad Thraſybulum interpretatus eſt. Item. De
uſque animi peccatorum cognitione, atque medela. Item, Ejuſdem lib.
Thraſybulum: Num Ars tuendæ ſanitatis ad medicinalem, aut Exercita-
iam ſpectet artem. Item, Ejuſdem Commentaria in ſextum Hippocratis
rum de Morbis Popularibus. De Medicinis facile parabilibus, ad So-
em.

Item. Hippocratis: de Purgatoriis Medicamentis Theophili Proto-
arii lib. v. De Corporis Humani Fabrica Latine interpretatus eſt. Extat
Ioa. Guintherii Inſtitutionum Anatomicarum lib. IV.

Ruffi Epheſii de corporis humani partium appellationibus tranſtu-
Venetiis, 1552, in 4.

Medicos antiquos Græcos Aretæum, Palladium, Ruffum, Theophi-
, partim nunquam, partim antea editos recenſuit, auxit & Latio dona-
Baſileæ apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

VLIVS RECALCHVS

De Febre Typhode tractatus. Ferrar. 1638, in 8.

VLIVS TERTIVS

De vita hominis ultra 120. annos protrahenda. Venetiis, in 4.

VSTVS BALBIAN, *Aloſtanus*

Nova ratio praxeos Medicinæ, lib. III. Venetiis, 1600, in 8.

De lapide Philoſophico tractatus ſeptem, è Vetuſtiſſimo codice
mpti, & ab infinitis repurgati mendis. Extat cum Toletani Roſa-
Philoſophorum. Lugdun. Batav. apud Chriſtoph. Raphelenghium,
9, in 8. & in Volumine tertio Theatri Chemici.

VSTVS CNVTIVS

Compendium univerſæ Medicinæ juxta doctrinam Hippocratis &
eni. Vicentiæ, apud Petrum Bertellium, 1608, in 8,

VSTVS CRAFT, *VVertheimenſis*

De Cardialgia Diſputatio. Extat Decade VI Diſputat, quas colle-
& edidit Baſileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

IVSTVS IVNG

Epiſtolæ Medicæ, extant cum Ciſta Medica Ioannis Hornu[ng]. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

De Vermibus latis Epiſtola extat cum Gregorii Horſtii Obſer. medicinal. ſingular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1625, in 4. pag. 506.

IVSTVS MOLLERVS

Faſciculus remediorum ex Dioſcoride & Matthiolo omnibus hu-mani corporis affectibus methodice accommodatorum. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1579, in 8.

IVSTVS VELSIVS, *Haganus, Medicus & Phyſicus inſignis Argentorate. Vixit circa A.C. 1545. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Oratio utrum in Medico variarum artium ac ſcientiarum cogn[itio] deſideretur. Item Hippocratis de Inſomniis liber, & Galeni de ea, [quæ] ex Inſomniis habetur, affectuum dignotione tractatus, à ſe converſi. [Va]ria inſuper lectio Aphoriſmi quinti Hippocratis, & Galeni ad eund[em] Commentarius. Baſileæ, apud Oporinum, 1540, in 4. Ibid. 1543, i[n] Antwerpiæ, 1541, in 8.

IVSTINVS PETZOLDVS

Epiſtola Medica, ad Laurentium Scholzium, qua explicat qui[d] Palma Chriſti; & an Diuretica calculis conveniant. Extat eo in op[ere] quod idem Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1[5..] in fol. pag. 304.

IVVENALIS LEVERONIVS, *Foſſanenſis*

In Aphoriſmos Hippocratis Lucubrationes. Montis-regii, a[pud] Leonardum Torrentinum, 1565, in 4.

IVVENIS

Lumen novum, id eſt, Tractatus in quo nominat lapidem Ph[ilo]ſophicum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentor[ati] apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

K.

KAMINTVS, *Epiſcopus Aruſienſis civitatis regni Daciæ,*

Regimen contra peſtilentiam ſive Epidemiam. in 4.

Regimen ſanitatis per circulum anni valde utile. in 4.

KIKANVS, *Rex Perſarum*

Kivanides ſive de viribus medicamentorum. Lipſiæ, 1638, in 8.

L.

LACTANTIVS EVGENIVS, *Montis-Fanenſis*

De Maris, & Fœmellæ generatione, Opuſculum. Anconæ, a[pud] Aſtulphum de Grandis, 1568, in 8.

LAMBERTVS VELTHVSIVS, *Vltrajectinus*

Tractatus duo, Medico-Phyſici. Vnus de Liene: alter de Gen[era]tione. Trajecti ad Rhenum, apud Theod. ab Ackerſdijck & Gisb. à Z[..] 1657, in 12.

LÆL

LÆLIVS à FONTE, *Eugubinus*

Conſultationes medicinales, in quibus vera, vivaque conſultandi ef-ies elucet, plurimorumque difficilium, & notatu dignorum affectuum nitio, Tractandique ratio docte artificioſeque explicatur. Ejuſdem ſputationes duæ ſuccinctæ ſimul, & accuratæ: Vna de modo Viſionis; era de Veſicantium uſu. Venetiis, apud Ioh. Guerilium, 1608, in fol. ancof. apud Matthiam Beckerum, 1609, in 8.

LÆLIVS ZACCAGNINVS, *Romanus*

Notabilium Medicinæ libri duo. Primus agit de Vitæ humanæ lon-idine ac brevitate, etiam quoad Aſtrologos incerta; & an arcanis Me-inæ remediis poſſit prorogari? nec non de hodiernis & antiquis homi-n complexionibus, ac de morbis evitandis in virtute ſex rerum non-uralium. Secundus inſcribitur adverſus eos, qui præter duos in homi-eſtes, tertium quoque dari poſſe opinantur. Dilucidatur item Peripa-corum opinio à Medicorum doctrina diſſentiens circa humanæ gene-onis principium, nempe utrum Mulier verum ſemen habeat vi gene-di præditum. Romæ, apud Bernardinum Tanum, 1644, in 4.

ÆVINVS EISCHERVS

Corpus medicinæ Imperiale. Hemipoli, ſumptibus Autoris, 1656, ol.

Dialogus de Vita producenda, 1640, in 8.

De aurea auri tinctura, ſive Veri Auri Potabilis medicina. acceſſit ſilium antihypochondriacum, 1630, in 12.

AMBSPRINGK, *Germanus*

De Lapide Philoſophico libellus. Extat cum Triga Chemica à Ni-o Bernaudo Delphinate edita, Lugd. Batav. apud Chriſt. Raphelen-n, 1592, in 8. & cum Muſæo Hermetico. Francof. apud Lucam Ien-m, 1625, in 4. cum figuris.

ANFRANCVS, *Mediolanenſis, Chirurgus præſtantiſſimus, Pariſiis in Gal-Vixit ſub Philippo Gallorum Rege, tempore Rodolphi Imperatoris A. C. 1294. g. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Chirurgia magna, & parva. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490: l Bernardinum Venetum, 1519: apud Iuntas, 1546, in fol. Lugduni, l Paganum, 1553, in fol. cum Guidonis Cauliaci, Rogerii, Bertapa-Rolandi ejuſdem argumenti ſcriptis.

ATINVS TANCREDVS, *Camerotanus*

De Fame, & Siti, libri III, Phyſicis ac Medicis reconditis Contro-is paſſim reſperſi, rerumque varietate omnibus Literarum ſtudioſis tiles & perjucundi. Venetiis, apud Iacob. Anton. Somaſchum, & l Societatem, 1607, in 4.

De Antiperiſtaſi omnigena, ſive de naturæ miraculis. Neapoli, apud ſtant. Vitalem, 1621, in 4.

AVRENTIVS BARTOLINVS, *Vixit A. C. 1504. Iuſtus in Chro-Medic.*

Tractatus de Balneo Corſennæ. Extat Operis Veneti de Balneis, 155, fac. averſa.

AVRENTIVS CATELANVS

Genuinus Confectionis Alchermes apparandæ modus. Extat cum

Ioan. Steph. Strobelbergeri tractatu de Cocco Baphica. Ienæ, apud Io. Beithmannum, 1620, in 4.

Lavrentivs Eichstadivs, *Veteris Sedinenſis Pomeranus*

De confectione Alchermes diſſertatio & exercitatio Medica. Stetini, 1634, in 4. apud Davidem Rhetium, 1635, in 8.

De Diebus criticis libellus. Extat pag. 321 partis alterius Ephemeridum. Stetini, apud Georg. Rhetium, 1639, in 4.

Collegium Anatomicum. Gedani, 1649, in 8.

De Theriaca & Mithridatio diſſertatio Medica. Stetini, 1624, in 4.

Lavrentivs Frisivs, *Germanus, Avicenniſta inſignis. Vixit ad A. C. 1526, Iuſtus in Chronol. Medic.*

Defenſio Avicennæ Medicorum Principis ad Germaniæ Medicos. Argentorati, apud Ioan. Knoblochum juniorem, 1530, in 4. Lugduni apud Benedictum Bounyon, 1533, in 8. cum Epiſtolis phyſicis Symphoriani Campegii, &c.

Epitome opuſculi de curandis puſtulis, ulceribus, & doloribus morbi Gallici, mali, *Frantzoſe*, appellati. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1532, in 4. & tomo 1 Operis de Morbo Gallico, pag. 299.

Sudoris Anglici exitialis peſtiferique morbi ratio, præſervatio & cura. Argentorati, apud Ioan. Knoblochum juniorem, 1529, in 4.

Synonyma materiæ medicæ, ſive ſimplicium pharmacorum Latinis, Græcis, & Arabicis, Barbariſque vocabulis. Argentinæ, apud Gruningerum, 1535, in fol.

Lavrentivs Gozar, *Valentinus*

Dialogus de Medicinæ fonte. Valentiæ, 1589.

Lavrentivs Gryllvs, *Germanus*

De Sapore dulci, & amaro libri duo. In quibus non ex temere delectis autorum ſententiis, ſed rationibus ex ipſa rerum natura ſumptis oſtenditur, quid de his ſaporibus ſentiendum ſit; à nemine unquam o judicio diligentiaque conſcripti: ad cæterorum quoque ſaporum naturas cognoſcendas utiliſſimi. Quorum priori nonnihil de contrarietate ſaporum, & permutatione dulcium in alios ſapores, adjectum eſt. Nunc primum per Adamum Landavum in lucem editi. Acceſſit in fine Oratio ejuſdem Laurentii Grylli de peregrinatione ſtudii Medicinalis ergo ſuſcepta. Pragæ, apud Georg. Melantrichum, 1566, in 4.

Lavrentivs Haan, *Hildesheimenſis*

Conſultatio peſtis, qua mira brevitate, conſpicua tamen dexteritate, ea, quæ circa curationem ejus in diſputationem veniunt, adducuntur & deciduntur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1610, in 8.

Lavrentivs Hofmanvs, *Halla-Saxo*

De vero Vſu, & fero Abuſu Medicamentorum Chymicorum, Commentatio. Halæ Saxonum, 1611, in 4.

Roſarium minerale ſpagyricum. Halæ, 1611, in 4.

Balthaſaris Brunneri Conſilia medica, ſummo ſtudio collecta & reviſa. Halæ Saxonum, apud Petr. Fabrum, 1617, in 4.

Lavrentivs Ioubertvs, *Valentinus Delphinas, Argenterii familiaris; Floruit circa A. C. 1560, Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Liber de vero & recto Medicinæ uſu, editus à Ioanne Borgeo, ni 8.

Oper

Operum Latinorum Tomus primus. Hic omnia complectitur, quæ ctenus fuerunt ſigillatim publicata: nunc recens ab Autore ipſo repurita, & plurimum aucta. Cui ſubjectus eſt Tomus ſecundus nunc deo in lucem proditus. Lugduni, apud Steph. Michaëlem, 1582, in l. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1599, in fol. ibidem, 1645, fol.

Index librorum, ſeu tractatuum, qui primo tomo continentur:

radoxorum Decas prima, atque altera.
puſculorum volumen, quod in tres partes dividitur:
Prima pars continet Annotationes in Galeni librum primum, & ſecundum de facultatibus naturalibus.
Altera, Annotationes in Gal. librum de differentiis morborum. Annotationes in Galeni librum de differentiis ſymptomatum.
De Convulſionis eſſentia, & cauſis.
De Cerebri affectibus.
Annotationes in Paradoxa.
Tertia, Artem componendi medicamenta.
De Syruporum conficiendi modo, & utendi ratione.
Quæſtiones medicæ pro Regia profeſſione à D. Iouberto diſputatæ.
Ioannis Hucheri pro Philoſophica libertate Oratio.
Peſte liber unus. Acceſſerunt luo tractatus,
Vnus de Quartana febre:
Alter de Paralyſi. In quibus ſcitu digniſſimæ quæſtiones aliquot explicantur.
Medicinæ Practicæ priores libri tres. Acceſſit ejuſdem
Iſagoge Therapeutices Methodi.
De affectibus pilorum & cutis, præſertim Capitis, & de Cephalalgia, tractatus unus.
De affectibus internis partium Thoracis, tractatus alter.
Pharmacopœa. Cui ad finem ſubjectæ à Ioa. Paul. Sangmaiſtero
Formulæ remediorum communium, quæ Pharmacopœi arbitrio atque peritiæ relinqui ſolent.
Nuncupationum quarundam communium interpretatio.
Ponderum, & menſurarum uſitatiorum nomenclaturæ, & notæ.
Catalogus Simplicium, quæ ad Pharmacopœæ hujus compoſitiones requiruntur.

Tomo ſecundo comprehenduntur:

Vrinis liber 1.
omæ Iordani Med. Reſponſio d Cl. V. D. Laurentii Iouberti Medici Monspeſſulani Paradoxum VII, Decadis II, & urentii Ioub. ad Thom. Iordaum pro ſuo Paradoxo Apologia.
nciſci Valleriolæ Animadverſiones in omnia Laurentii Iouberti Paradoxa, & Iouberti ad ſingulas Reſponſio.
Sententia Brunonis Seidelii de Iis quæ Laurentius Ioubertus in Paradoxis ſuis de febrium humoralium origine ac materia diſputavit.
Examen Sententiæ à Brunone Seidelio latæ, de iis quæ Laurentius Ioubertus ad explicandam febrium

brium humoralium naturam & materiam, in ſuis Paradoxis diſputavit: autore Simone Simonio, &c.

Laur. Ioub. Provocatio à Sententia Brunonis Seidelii de iis quæ in Paradoxis ſuis de febrium humoralium origine ac materia diſputavit.

Laur. Iouberti & Alexidis Gaudini Diſputatio, de Iteranda ſæpius phlebotomia in eodem morbo.

Guilielmi Rondeletii Vita, Mors, & Epitaphia, cum Catalogo ſcriptorum, quæ ad D. Iouberti manus pervenerunt.

De Variola magna, ſive craſſa, Gallis dicta, liber prior. Qui veram & perfectam hujus morbi Theoriam complectitur.

Declamatio in Ioannis Sapportæ Ant. F. Inauguratione, ſeu promotione ad Doctoralem dignitatem.

Oratio habita cum duobus præſtantiſſ. Viris D. Chriſtophoro Schillingo Sileſio, & D. Danieli Galarſio Pariſienſi ſupremum dignitatis in arte Medica gradum conferret.

De Gymnaſiis, & generibus exercitationum apud antiquos celebrium liber unus. Ejuſdem de Balneis antiquorum, tum Græcorum, tum Romanorum, liber alter.

περὶ τ̃ ἐντελεχείας Diſputatio Laur. Ioub. & Ioan. Serrani.

De nominis Iouberti Orthographia D. Ioſephi Scaligeri, Iulii Cæſaris F. Cenſura.

Seorſim procuſa ſunt:

Paradoxorum decas prima atque altera. Lugduni, 1566, in 8.

De vulgi erroribus, Medicinæ Medicorumque dignitatem deformantibus librum primum Latinitate donabat & Scholiis illuſtrabat Ioannes Borgeſius Houplinienſis. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 160[illegible], in 8.

De Peſte liber. Cui accedunt tractatus duo: alter, de Quartana febre: alter, de Paralyſi. Lugduni, apud Ioan. Frellonium, 156[illegible], in 8.

Pharmacopœa, à Ioan. Paulo Sangmaiſtero edita. Lugduni, apud Steph. Michaëlem, 1579, in 8.

Medicinæ Practicæ priores libri tres. Acceſſit Iſagoge Therapeutices methodi. De affectibus pilorum & cutis, præſertim Capitis, & de Cephalalgia, tractatus unus: de Affectibus internis partium Thoracis, tractatus alter. Lugduni, apud Anton. de Harſy, 1577, in 8. apud Carolum Peſnot, 1578, in 16.

Guidonis de Cauliaco Chirurgia Magna. Lugduni, 1585, in 4.

Oratio de præſidiis futuri excellentis Medici, habita cum in celeberr. Academia Valentia, D. Chriſtophoro Schillingo Sileſio, & D. Danieli Galarſio Pariſienſi, ſupremum dignitatis in arte Medica gradum conferret, poſtridie Cal. Decemb. anno Chriſt. M D LXXIX. Genevæ, 1580, in 8.

LAVRENTIVS LAVRENTIANVS, *Florentinus, utraque lingua peritiſſimus Medicus. Vixit A. C. 1500. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Galeni De Differentiis Febrium interpretatus eſt. It, Commentaria in Prognoſtica Hippocratis, Lugduni, 1550, in 12.

LA-

LAVRENTIVS LIPPVS, *Collenſis*

Opiani halieuticon, ſive de piſcibus ad Laur. Medicem liber. ...holiis Georgii Pictorii illuſtratus: Extat cum ejuſdem ζωοτροφείῳ. Ba... ...æ, 1560, in 8.

LAVRENTIVS MAIOLVS, *Genuenſis. Medicus erudi... icne præſtanti. ...it A. C. 1490. Iuſtus in Chronol. Medic.*

De Gradibus Medicinarum liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, ...97, in 4.

LAVRENTIVS MARVCINVS, *Venetus*

De Optimi Medici Victoris Trincavellii Vita, Oratio. Extat cum ...eribus Trincavellii.

LAVRENTIVS MILICHIVS

Quæſtio cur fructus crudi exulcerent inteſtina. Extat tomo IV De... ...nat. Phil. Melanchthonis, pag. 928. Argentorati, 1558, in 8.

LAVRENTIVS PEREZ

De Simplicium & compoſitorum delectu. in 4.

LAVRENTIVS RVSIVS, *Medicus non imperitus. Vixit A. C. circiter ...30. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Hippiatria ſive Mareſcalia, in qua præter variorum morborum plu...a ac ſaluberrima remedia, plures etiam commodiſſimæ frenorum ...næ excuſæ ſunt, ut nullum tam novo oris vitio laborantem equum ...nias, cui non hinc occurrere facilime poſſis. Lutetiæ, apud Chri...ıum Wechelum, 1532, in fol.

LAVRENTIVS SCHOLZIVS à ROSENAW, *Vratiſla...ſis*

Aphoriſmorum Medicinalium, Theoreticorum & Practicorum ſe...nes octo. Vratiſlaviæ, apud hæredes Ioa. Scharffenbergii, 1589, in ...rancof. apud Aubrios, 1626, in 16, & 8.

Hortus Vratiſlaviæ ſitus, & rarioribus plantis conſitus, carmine ...bratus, cum Catalogo Botanico. Vratiſlaviæ, apud hær. Scharf...ergii, 1587, in 4.

Conſiliorum Medicinalium, conſcriptorum à præſtantiſſ. atque ex...tatiſſ. noſtrorum temporum Medicis. Liber ſingularis. Opus, cum ...raviſſimorum affectuum curationem; tum ob doctrinæ varietatem, ...ibus Medicinam exercentibus ſumme neceſſarium, ac maxime fru...ſum. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, Claud. Marnium & ...Aubrium, 1598, in fol. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1610, ...l.

Epiſtolarum Philoſophicarum, Medicarum, ac Chymicarum à ſum... ...noſtræ ætatis Philoſophis ac Medicis exaratarum, Volumen. Opus, ...ob remediorum ſaluberrimorum copiam; tum ob variam doctri..., ac varii generis difficilium & obſcurarum quæſtionum explicatio..., non ſolum Medicis, verum etiam Philoſophis utile ac neceſſa.... Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, ... hæredes Ioh. Aubrii, 1610, in fol.

Ioa. Cratonis à Craftheim Commentarium De morbo Gallico ...it. Item. Ioa. Pauli Pernumiæ Novam & ſingularem omnes totius ...oris Humani affectus curandi rationem.

LAVRENTIVS SPAN, *à Spànaw*

